




U. S. A. BRISE



UVABHSC

UVIA.BHSC

Hispacia Dux. subiungit isti Dux.
ad Dux Hispanie gratias multicas Dux.

AMERICAE
PARS QUARTA.

sive.

Insignis & Admiranda Histeria de reperi-
tum Occidentali India à Christophero
Columbo Anno M. CCCXXII

Scripta ab Hieronymo Bezonio Mediolanensi
qui ibidem annis XIII. versibus diligenter creata obser-
vit.

Addita ad singula serie capiuntur, non conterrenda sicut
in quibus agitur de carnis etiam gestis idololatria.
Accedit praeterea illarum Regionum Tabula
choreographica.

Omnia eleganteris fruulis in aere res sua expre-
sa à Theodoro de Bry Lutetiarum civi
Francfortensis anno 1591. Et anno 1592.
Inscripta. "Novissima et brevia Americae
Cum presagiosis. F. C. Merian. sculpsit."



Capitale. La Seconde partie de l'Amérique intitulée le Brésil. Traduite de
l'espagnol par J. de la Roche. à Paris. 1592. par G. Humblet. Libraire.

UVA. BHSC

UVIA.BHSC



Exemplar Cæsarei Priuilegij.

V DOLPHVS II. Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germania, Hungaria, Bohemie, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundia, Styria, Carinthia, Carniola, VVirtemberge, &c. Comes Tyrolis, &c. Recognoscimus & notum facimus tenore praesentium universis, nobis & Imperio dilectum Theodoricum de Bry, ciuem Francosurti ad Manum, humiliter nobis exponendum curasse, quod magna cura & magnis sumptibus Incolarum Americae habitus, ritus & mores in eneas tabulas inciderit, quod opus libenter in lucem emittere cuperet, demisse etiam supplicasse (quandoquidem nemini id aduersum, sed multis gratum futurum sit, magnis in eam rem sumptus sint ipsi faciendo) ut Cesareo nostro priuilegio eum munire clementer dignemur, ne eisquam alteri, qui suum commodum cum ipsis summo detimento quarit, eneas istas tabulas aut icones vel hoc opus imitari aut exprimere liceat. Nos illis humilibus precibus annuentes, ex certa nostra Cesarea Maiestatis scientia & autoritate hanc gratiam & priuilegium prædicto Theodorico de Bry cōcedimus, ut prædictos typos & icones in lucem edat, & ne intra quadriennium ab huic priuilegiū concepcione supputandū, quispiam, quicunq; tandem ille sit, istas icones ad imitationem excudat, aut sic impressas imuebat, imporet aut vendat. Quapropter inhibemus singulis nostris & sacri Imperij subditis & fidelibus, cuiuscunque dignitatis, statutis & conditionis sint, præterim autem omnibus Typographis, bibliopolis, alisq; librariis negotiationem exercentibus, nisi nostram indignationem & grauem panam incurere velint, & vetamus, ne quis eorum, aut alius eorum nomine, prædictas areas tabulas & icones quas saepe memoratus Theodoricus de Bry excudet, intra dictum quadriennium ad imitationem imprimat, aut sic impressas circumuehat, venales proponat aut quoquo modo distribuat, aliosve id facere permittat, sub pena nostra indignationis & amissionis singulorum exemplarium dicta impressionis, que saepe dictus Theodoricus de Bry vobiscumq; locorum nactus fuerit, per se, vel suos, propria auctoritate & sine impedimento sibi vendicare, atque illis pro suo arbitrio uti poterit, libere, & sine detimento.

Debet tamen saepe prefatus Theodoricus de Bry, nisi hac nostra gratia & priuilegio priuari velst, tria prefata impressionis exemplaria propriū impensis ad nostram Imperialem Cancellariam transmittere. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum & sigilli nostri impressione munitarum, Datum in nostra Regia arce Praga, vigesimaquarta Martij, Anno Domini Millesimoquingentesimo & nonagesimo, Regnum nostrorum Romani decimoquinto, Hungarici decimo octavo & Bohemicetiā decimoquinto.

Rudolphus.

Ad mandatum facta Cr. G. Ma-
tth. peopium.

Iacob Karz von Senftenau.

A. Lünenberger.

Nox



THEODORVS DE BRY BE N E V O L O L E C T O R I.

Non existimo, candide lector, tibi ignotos esse tres illos peiores libros, quos de nosi orbis seu Indie occidentalis tribus regionib, nempe Virginia, Florida & Brasilia praeferitis anni in lucē edidi cum figuris & iconis ad viuum expressis ac in as incisis: in quibus barbarorum illoū tam corporeis cultus & ornatos, tum mores, tum deniq̄ fidēs & religio eleganter describitur & exprimuntur, non minore cum legentis & contemplantis voluptate & delectatione quam vultute. Cum autem originem atq̄ initium inuentioū illarum terrarum noui orbis prætermittere mihi nec ex quom nec decorum videatur, ut non tantum meo, sed & aliis bonis ingenii satifaccerem superioribus illis tribus libris, hunc quartum adscire viuum est, in quo repieres primam tabulam chionographiam eius regionis, qua prima ab illis iti viro D. Christophoro Colombo Italo reperta est in qua tabula loca ipsa ad quæ vir illi appulit quatuor illis nauigationibus quas in eas terras fulcepit, accurate notantur ad habitationem eius rei diligentiore inquisitionem omnium maximè idoneorum authorum scriptis, atque in primis authoris nostri M. Hieronymi Benzoni Mediolanensis, qui in illis terris per 14. annos coenobio avaro est. Inuenies præterea icones completes tabularum quævis mea filiorumq; meorum opera incisis, quibus exprimitur multa quæ ad incolarum illius regionis mores, viues & rationem atq; religionem pertinent: ex quibus poteris videre quantum sit differens inter illos trium illarum regionum superioribus libris descriprarum incolas, & hos de quibus in hoc libro sit mentio, præsertim in religione: siquidem hi non viuum solum Deum rerum omnium creatorē ac figura aliqua lignea representatum instar Virginis incolarū, nec Solem aut Lunam sicut Floridenses, nec Maratæ velut Brasiliani colunt, sed ipsum Diabolum, qui sese ipsi omnis genetis horrendis formis exhibet & conflentat, sicut ex figuris sequentibus, ac ipsius libel lectione videbis & intelliges. Quod sanè horrendum est & maximè deplorandū, homines licet barbaros, creator tamen ad imaginem Dei, vt ad Angelorum imitationem eum perpetuō colentes & glorificantes. eō cœditatis esse delapsos, vt loco creatoris ipsum iuratum Dei & generis humani hosti adarent. Verumramen quid miseros illos tantopere detestamus & damnamus! In nos ipso descendamus, ac videamus nusq; ipsi meliores

sumus,

P R A E F A T I O.

timus, nos, inquam, quib[us] vera Dei filii siq[ue] eternis cognitio tum per Prophetas & Apostolos, tum per ipsum D[omi]n[u]m Christum Dei filium & sermonem exterrum reuelata & patefacta est. Omittio multa via[rum] quib[us], Christiani Diabolo ipsam militat & quibus barbari illi earentur. Taceo luxem illum immodecum qui tum in vestitu corporis, tum in apparatu ciborum inter nos colpiscitur, à misericordia autem illis prorius exulat. Equidem illi bonis que natura per se producent ciborum sunt, suaq[ue] pudenda simpliciter tegunt vel fasciolis vel pellibus ferintur, vel mufico, prater eos qui omnino audiendine nullo pedone lento, quod quidem probare humanum non efficit medium Christianum. Sed illi omnis annos etiam nos Christiani Deo palam repagnamus, ut Diabolo pareamus & eum adoremus? Quis non deceplandum illud aurarit virtutis featur, quis tamen ab Apostolo idolatria vocatur, quoniam in auratusque & argenteum atque in his principes huic seculi loco deforator? Quotusque credit Deum nobis omnia que ad hanc vitam futilitatem necessaria sunt suppeditatum, modo renunciatis omnibus inordinatis cupiditatibus eius regnum primum quaeramus, eiusque iustitiam, que est ut Deum amemus ex toto corde nostro, & proximum faciat nos ipsi? Paucos sane reperiis qui etiam modi fidem habeant. Hoc est ut Diabolus cautus & astutus videns nos Deo non fidere, nec nostro viro & regamento contentos esse, sed in modis cupiditatibus ferri & abripi, nobis hunc mundi eiusque gloriam & opes ostentat, ut nos ad eum adorandum rerum illarum cupiditate allucem, sicut Christum tentauit, promittere se illi totam mundi gloriam daturum, si se adoraret. Et autem illi excitatio in genere nostris, atque is huiusc seculi amor, ut facile nos ab eo decipi patiamur, & Deo derelicto, Diabolus ipsum tequamur, illi qui pareamus. Horret quidem animas cum audimus Diabolum a circa illis hominibus adorari. Sed quid respicimus festucam que est in illoorum oculis, & inter ea trabea que in nostris est non cernimus? Lege hunc traditum, videbis excessus illorum in nostra infirmitate & aurariam melius quam nos animaduertisse, atque etiam aliquando exprobraisse, cum fructum aut ostendentes dicentes: En Deum Christianorum. Rem lane pudendum oportet Christianos tales habere pedagogos & magistrorum. Praterea in hoc libro videbis quod quamvis inflatibilis fuerit Hispanorum auraria, in qua quantisque flagitia haec eos impulerit, quam facie & atrociter miseris barbaros tractarunt, quam turpiter etiam iustitia sua cupiditate accensi in mutuas cedes fecerint. Quia oeniae fanè in hominibus Christianis valde dampnanda & deploranda sunt. Veruntaque ne quis haec in Hispanis gentis ignoracionem trahat, expedita vniuersitate, quid ab aliis aliara nationibus hominibus sit. Annon similia quotidie a nobis pertendantur? Frumentum & vinen coemimus, & in cellas horrea condimus, ut pauperes tempore famis aut annona caritatis ingulemus. Fraudibus, vniuri & imposturis fratres nostros facultatis suis spoliamus & exhaustimus. In mutuas cedes ambitione & auraria abrepti quotidie ruimus, nec modus est vilis aut finis nostra cupiditat & crudelitas. Ne limus ergo tam praecepites in damnacionis Hispanis, quin prius nos ipsius ferio exanimauerimus, num ipsi meliores sumus. Multos enim inter Hispanos novi viros pios & probos non minus quam in villa alia gente, quod absq[ue] villius praetulcio dictum sit. Si quae scio, crudeliter, aurare & iniquè gesta sunt ab Hispanis in India, ea genti imputanda non sunt, sed potius militari licentia, quae in aliis gentibus non minus illerat competrerit. Quis enim ignorat quād multa crudeliter patrata sint atque etiam nam hodie patruntur a milibus Gallis, Germanis, Italis, & aliis in omnibus fere expeditionibus a bello? Qui tamen ex quas index haec toti genti imputabit? Fazit Deus ut ex alio exempli discamus mores nostros corrigeremus, atque ea quae in aliis damnamus, in nobis emendare, ac in primis cupiditates nostras frenare, ut contenti finis in qua Deus nobis pro sua liberalitate & benignitate largitus est, nec plura appetentes quam quae ad nos aliendos & regendos sufficiunt iuxta Pauli consilium, cum cetera sine superuacanea, siquidem nihil in hunc mundum intulimus, nihil etiam hinc auferemus: Considerantes praeferimus eos omnes qui plura conceperunt, in extrema pericula ac tandem in exitium seipso precipitaſſe. Cuius rei fidem faciet, quae in hoc libro continentur: ut vt candido animo exceptas, benevolo lector, te etiam ari, etiam rego, nec minorem in voluntatem in eo legendo & contemplando, quam ego in elaborando, sumas oro; quod si hunc meum laborem quoque tibi gratum fuile comprevero, me beuu Deo propitio & fauente, cetera quae adhuc restant tibi communicaturum spondeo. V A L E & fruere.

E P L



EPIGRAMMA
IANI IACOBI BOISSARDI VESVNTINI,
AD THEODORVM DE BRY.

CONDITOR illa eribus rellata fidemq; olimpi,
Ad cauis natum cumq; a crea*ta* tremunt:
Argus a ratione hominem dante, ut illa
A diuinitate suam nesciat ameriq; Deum.
Ad Deum aeterna confidens spiritu erat,
Humana certi qui ratione nequit.
Prapafuit mandato hanc struttura ait, ordine mirum:
Hoc sapientis Opus*sec* dictum ait patens.
Proflat divina eum Aeneas et i*m*agno,
Quia mortale genus in die*re* artificum,
Et cum nemis aero sensu violenter agere,
Qui negat a summo Numine curia regi:
Perpanguit nobis quod expedit. Hoc*de* serere
Difendi caput*de* pugna*fa*c*it* dicit.
In cruce quos Christum precioso sanguine leuit,
Circumfeci a meo*lo*cum*me* macto*lo*b*ac*ent,
Ali*l*ate animo empicti mactata Taurina*lo*,
Con*sp*ic*tu*ta firma credita regia fide.
In tenebris reliquias densa*ca*lio*gu*ni*er* ras
Deficiat, misericordia*impl*icit*que* media.

Intra que*ter*a illa Notis Zepherio*g*lobat*le*,
Qua*ro*to*z* nabi diffidet Oceano:
Cui nunquam confidit Helice septemque Triesner,
Aut i*n*itas gelida que Cymbras*z* rot*ar*,
Afra*z* sed apparet a contraria suffici Argen*z*,
Asphodel*z* raro*z* glare Canape*z* fac*it*,
Gens Ogygia*z* sac*ra* austriquo*z*, somp*ne* neptun*z*
Progenies d*iu*na ed*it*e fideribus:
Gen*z* patribus priscis incognitis*z*, facta*que* crud*el*i
Sub Dio que*nu* tempore corporibus*z*,
Qua*fl*exa Cereris*z* nec Bauch*z* manere no*it*,
Credid*se* bimana viscer*z* carne*re*plet,
Sola bimana*z* fact*re*ser*u*s ris*u* argu*z* lep*u*le*z*,
In religio*u* famili*z* vita*z* lobato*z* fera*z*,
Divinum Numen cognoscere ne*fit*: quoniam*z*
Prag*u*g*u* solitus detestans*z* Sarac*z*,
Non Christo*z* affectam*z* maiest*u* ex parte*z* videtur*z*,
Par*u*g*u* thaurerem*z* dom*u* ad*u*lere*z*,
Non*z* passion*z* ingens*z* melioribus*z* i*f*ie*z* palat*z*
Cermon*z*, & mores erud*u*ssi*z* seg*u*it*z*.

Artes & cultum tuorū fata dixere terra, &
 Mortis confundit Pella de bella sequi.
 Glorie prima tibi hic debet, magne Colombe:
 Fama Magellano deinde secunda venit.
 Et tibi, quia nunc te fecisti omnina mundi,
 Prostus Hec rufa luna celebrata plaga.
 Hi primi carnis pelago si populus usq;
 Credere, & occidit fore pericula mortuū.
 Ignoram tentare Techon, nec cognitis eis
 Anspodum ad eis sis atra fabore poli.
 Quam saxe vadiſsum hancenit, si alibus ipſa
 Exemor fida Dari amica manu.
 Examini quatenus videre immanit Cere
 Ceteroq; aquari meosq; a paucis de fricti.

Prostas, Et rauca squamoſum clangere concha
 Tratemus inuita ſuſſumere mora.
 Isolameſ rediſſi, ſal ſolique pericula
 Iauit, & emeſas tot ſuper effe vias.
 Interpudū poſt huc veret vada carnis tangit,
 Et clafſe affactum nantis parabis ster.
 At nos mireſ ſecl' obitum omnia rati,
 Artifici cum ſint ſingula pecta typi.
 Gratia habenda rati hac, Theodore, aeterna labori.
 Hac uis tam exalt' eſcribere cur a fuit
 Dumque repreſentat diuertiſſum canit' efigiari,
 Ingenium felix ergu' & geniam.

422

SONNET
DE PAUL PERROT SIEVR DE LA SALE AV
SIEVR THEODORE DE BRY SVR L' HISTORIE
DES INDES OCCIDENTALES MI-
ſe En lumiere & depainte parluy.

CEn' eſtoit pas aſſez, qu' un baz ardeux Pilote
 Eust franchi le foſſe de L' Oceau ronfleur,
 Pour nous venir conter le plam, Et la grandeur,
 D'un royauleme incognu, et le cours de ſa floſte:
 Il falloit que de Bry qui d'un burin nous note
 Le beau dece voyage, augmentat la valeur
 De L'hiſtoire, Et le nom de ſon obſcur auſt heur,
 Monſtrant ce que pour voir l'impoſſible nous oſte.
 Au moins ſans nul baz, ardor peut prouſit tirer
 De ley, voire un prouſit qu'on doit plus desirer
 Que L'or Peruſien, le caillou de nos ſens:
 Car en repreſentant de ce peuple barbare
 Les Abus, Et les faſcts D'un Espagnol auare,
 Il aprend à enifer le vice de ces deux.

SYMBOLVM THEODORI DE B.R.Y.

HE quantum à primo miſeri matuerit Adamo!
 Per illi ater non rifi' & almo quies.
 At nunc cura homines ſicut arrequia beatos.
 Huic ratio, hoc omnis ut ſunt ingry.
 Scilicet ut corporaque animamq; & cetera ferunt,
 Reſ tibi cum cari effuſanter era.

56-57

Parua ſed ingenioſa fermica laboria inēgo,
 Exempla haec nobis das documenta ſus.
 At nulo quando anima dabitur carere ſalutem,
 Non nos deficiunt quas colit orbis opes.



G De Hispanorum in Indiam Occid. nauigantium consilio.

CARTVS opum studio rabieq; insanus habendi,
Tentauit longas impiger & Astur aquas,
Ut quandam iuuenes, Argua robor a pubis,
Sunt vetitas ausi per mari's ire vias,
Ad saum Aæren, rigidas & Phasidioras,
Auratum Colchis vellue ut eriperent:
Oceanum haud alter penetravit clasius Ibera,
Vt raperet quas fert India duies opes,
India, quam memorant baccis auroq; beatam:
Auro multa illic splendor arena micans,
Indica gemmiferis sparguntur littora conchis,
Et cara è terris effodiuntur opes.

S. T.

E I V S D E M .

VRBANVS Latia perfrinxit arundine clasias
Hispana in miseros offerat facta viros.
Et merito, muti quia nomen ducit ab urbe,
Immiti odit, nec vera facta probat.

A

PRIMI



PRIMI LIBRI SVMMA ET AR-
GVMENTVM.

NTER singularia huic seculo à Deo concessa beneficia & decora, Noui Orbis patefactionem merito numerare possumus. Ac primi quidem eius Inuentoris nomen pia memoria prosequi, gratitudinis pars est. Itaq; Benzō, postquam suscepit à se illuc navigationis causas, cursum & appulsum breviter exposuit: quia primus in eas terras navigare ausus sit, discussa ea de re Hispanorum fabulis aperit. Mox ut Hispanitatum Dei munier sauitia, auaritia, labidine & seditionibus corruerint: unde insulari in Hispaniola insula, qua prima reperta est, turbines, indigenarum motus, & pradonum naufragia consequuntur sunt. Inde varietas Indorum de noua gente opiniones, quium Hispani sé filios Dei esse passim iactarent: Barbarum ex factis estimantes, adducunt credentes non possent: Inter hac transgressis in Indicam continentem Hispani, quum infensos inquiet & ipsorum auaritiam Barbaros in amicitiam pellicere non possent: eos ut insociabiles apud Regem Hispania criminantur. Itaq; ob id imponitur regio Edicto Indis seruitus, & mox abrogatur. Interē nihilo secundum crescere sauitia Hispanorum in eis, & earum implacabile in Hispanos odium, quorum etiam tyrannidem vulgo quaest morte fugerent. Ac ne ipsi quidem Praefecti Hispani satis inter se concordes, iam tum odisse, ambitione, & inuidia, omnia miscebant, donec tragica sauitia exemplo, generum sacerduti percuteret.

In hac egressus Benzō, ad Hispaniolam revertitur (de qua proprie hoc libro: ut Secundo de rebus ab Hispanis in Castella aurea, Nicaragua, Guatimala, Indica continentis provinciis, gestis: Tertio, de iis qua in Peruviano regno acciderunt peculiariter agit) & eius indigenarum peruviacem superstitionem, ritus, mores, fruges: Postremo Insula ipsius situm solique naturam & commoda describit.

NOVÆ NOVI ORBIS HISTORIÆ, PRIMVM AB

HIERONYMO BENZONE ME-
diolanensi Italico sermone conscriptæ,
nunc vero in Latinum
translate,

L I B R E R P R I M V S.

*¶ Quia causa Benzonenem ad nauigationem in Indianas
Occid. suscipiendam impulerint.*

C A P V T I.

V V M esse adolescentis, annos viginti duos natus, &
multorum exemplo, peragrandioris orbis cupidus: præ-
fertim visendæ eius mundi partis nuper reperitæ, cui
Indiae Occidentalis, & Novi orbis nomen factum est,
explere animum ipse tandem mecum constitui. Post-
quam igitur eo ire mihi sententia fletit, Mediolano profectus, anno
M. D. X L. Dei summi gubernatoris ope fretus, terrestri itinere Medi-
nam campi, celeberrimum totius Hispanie emporium, perueni.
Inde Hispalim progressus, secundo Baeri flumine ad oppidum S.
Lucari de Berrameda, Lembo peruectus sum: vbi omnium nauium
ex Hispania in Indianam commeantum atq; inde redeuntium appul-
sus & portus est. Ibi forte nauim mercibus onustam nauctus, soluere
& in Magnam-Canariam vela facere parantem: quum brevior atq;
expeditior traiciendi ratio mihi non occurseret: præterea accepil-
sem naues vino, farina, melle, casco, caterisque eiusmodi tebus
instructas, que ad eas regiones necessariae importantur; è Canariis
insulis in Indianam omni tempore decurrete: desiderii mei velociter
explendi avidus, eam nauim consendi. Bittestri spatio expleto, in
Magnam-Canariam peruenimus: vbi quum audiuissem celocem
vnam in insula Palma (ea vna è Canariis est) vino onerari ut mox in
Indianam traiceret, protinus consensio nauigio in eam insulam bi-
duo trauectus sum. Inde, postea quam paucis diebus ea nauis omni-
bus rebus instructa est, soluimus.

Benzoni in
Indianam re-
surgentem anno
M.D.XL.

A 1

P O R R O

Proprierata
cra.

POORO quum quatuordecim dies prospero vento nauigasse-
mus, ingentem vim marinaram auium repente conspeximus: vnde
non sine incredibili animi voluptate nos haud procul abesse terra,
iudicium faciebamus. Nocte quoque sepproli volutes quidam pi-
sces, longitudine palmi, in nauem nostram volitantes cadebant,
quibus haud multo secus atque ipsis vespertilionibus species qua-
dam alarum incrat. Iam Nauclerus nauigatoriae artis peritus Solis
altitudinem & declinationem explorare coperat, quae ex linea Mer-
ridiana deprehenditur: noctu polum Arcticum seruans, aut vicinam
illi stellam (Tramontanam illi vocant) quae iam multum nobis de-
presa erat. Ad eum modum nauigantes, post duos dies, Dominica
quadam die mane sub ortum Solis terre conspectum habuimus.
Ibi magister nauis mihi affirmat insulam eam ipsam esse, quam pri-
mam inuictus Christopherus Columb, secunda sua ex Hispania in
Hispaniolam nauigatione vidisset. Eum enim, quum e Canariis sol-
uens vigintiquatuor aut vigintiquinque totos dies nauigasset, abs-
que ullius occursu terre, quum aliquam conspicere incredibiliter
ardet, protinus oculo eam insulam notasse, ac propterea Desiderata
vocasse.

In eo tractu multæ sparsæ insulæ, quarum maximam Hispani
Guadalupeam appellant, incolis Caribibus fere habitantur, qui hu-
manis canibus, id est hostium suorum, vesci consuecrunt. Dum
eas præterechimur, lntrem, quem Indi pescatores agebant, obuium
habuimus: sed illi nobis conspectis ausugere: nos institutum cursum
sequuti, flexa in leuam prora, versus Äquinoctialem lineam, alias
quasdam insulas continentis obiectas, post octauum diem conspe-
ximus.

Cabogia in-
fusa.

A dearum vnam, Cubaguam nomine, appellinitis, quia in in-
sula tum forte erat Hieronymus Ortalus Cumanæ Praefectus. Is tan-
tos animo meo stimulus admouit, splendidissime verbis & pollicitis
onerans (sicuti earum regionum Gubernatoribus facere solenne est) vt
me secum manere subigeret. Quippe quum is propediem cum non
spennenda Hispanorum manu in suam Trouinciam iturum prase
ferret (quam indigenæ Nautal, Hispani hodie Dorado, id est aure-
am, nuncupant, vel co vno vocabulo spem diuitiarum faciente) &
nos breui ditissimos euafuros alternis prope verbis sponderet: vanis
istis eius promissis, & multis aliis maioribus effectum est vt cum eo
mancerem, non minus videlicet rei faciundæ quam visendi Noui or-
biscupidus.

I. Ouidess in sua Epitoma India Occident. & cap. V. lib. XLI.

Hist.

Hist. Naturalis, bac de pīs. ibus istis volucribus scribit: Intactiuntur (in-
quis) horum nonnulla adeo pusilli ut exiguum apem non superent, alij ve-
ro quas maiorum Sardarum magnitudinem aquent. Nasibus, plenis ve-
lis procedentibus, videas mari emergentes, & in aerem tollentes se mag-
noꝝ & mediocres horum pīcūm greges, ex utroq. illarib[us] latere, in quādū
sepe viri decidunt. Alia à branchijs procedentes, pīcūb[us] ipsiꝝ non sunt
minius longa, tenues & membranacee in staralatum vespertilionis, vel
ut pīcūm fluctuare libet pinna. Singulis volatibus cēntum aut ad sum-
mum ducentorum passuum longitudinem emetuntur, hoc est, quamdeu
humiditas aliqua in aliis superest: illi desiccatis in aquam relabuntur,
cum denio se attollunt, aut considunt, nisi alij pīces aut animis eos perse-
quantur: nulla enim quiete frui possunt miseri isti pīces. Memini semel
vela faciens supra insulam Bermudam, voluptatem capere ex aliis pīcē-
bus, & marinū autib[us] horū pīces persequentibus. Genus Auratarum
erat summa aqua natantium, interdum etiam dorsum exerentium, &
hos alatos pīces insequentium ad devorandum. Misericib[us] pīces magno
imperio subito ex aqua se collebant, ut volatu periculose subducerent, Au-
ratus ramen natantum prosequentiib[us], ut in aquam residentes occupa-
rent. Inde saltus, mergi, & alia aucti marinkin procinctuerant, ad eos vo-
lantes excipiendum: sic ut neque in mari neque in aere tuti essent. Vtina
sane imago vita hominū, qui nullam securitatem in hoc mundo ha-
bent, siue in summo gradu constituti sint, siue in insimo. Atque una hacres a
sufficere debebat ad excitando homines, ut aspirent ad felicem illam &
securam quietem, quam Deus preparauit diligentibus se.

Elegantissima & utilissima reuera est hac Ouidii consideratio.

II. Caribē lingua Indica, strenuum sine audacē significat. Et e nomine
discuntur maiors India Occidentalis partis incole, optimi sagittarij, qui
semper Hispanis resisterunt, presertim qui insulas Borichen, Guadalu-
pe, Dominicam, Matitino, Cibuchera (hodie S. crux huncupata) &
alias in eo Climaे sūas inhabitans. Solebant antiquitus hi Sagittarii Ca-
ribes, gens bellicosa, arcubus & sagittis veneno tintis cum suis Canois si-
ue līntribus monoxylis bello petere Hispaniolas insulae incolas. Arbitran-
tur quidam horū Caribes insulanos, alio nomine Canibales appellatos, o-
mnes humanā carne vescentes, exceptis Borichenis, originem ducere

ex Provincia quadam Continenti ad dextram Sinu Vra-

basita, Caribana dictā. Carabte aliud significat, ut

quod nomen sit Sacerdotum aut Pseudo-

prophetarum Brasiliāna

Provincia.

A 3

¶ Quo-

*Quomodo Hispani in India Occid. Barbaris, tum
amicis tum inimicis, utantur.*

C A P V T I I .

PAUCIS post diebus quam in Cubaguam appuleramus, cōdem Petrus Errera insulæ Margaritæ p̄fetus duobus phæselis triginta cum Hispanis applicuit, vt inde in aduersum traiiciens mancipia aliquot ē continentri raperet. Itaque eo consilio paucis quam eo venerat diebus mane duabus post lucem horis inde foluens, Hieronymum Ortalum & nos secum abduxit: & sub eius diei vesperam Cumanæ flumii ostium inuecti sumus. Eo loco ædificatum erat ab Hispanis propugnaculum ē materia, ad tutanda nauigia, ē Cubagua ad flumen illud aquatum commenantia. Exstruxerat quidem ante aliud munimentum ē cespite in eo littore Iacobus Castellio, quo tempore vñionum p̄scatus vigebat: sed paulo post actum continuis imbribus flumen plana camporum ad duo ferme passuum millia ita inundauit, vt eam arcem quoq; euerteret. Ibidem erant quatuor ferme aut quinque tugurij fluuialibus cannis & arundinibus contexta, vnde (sicuti post dicemus) Didacus Ocampus trib. mil. Tole-
Tolorense
ne Colonia
a. ann. 3. 1510
guria con-
flata.
rum vrbem condiderat. Iam Hispani omnem eam oram prope desolauerant: & extanta Indorum multitudine quantā olim erat, nulli fetme tum reperiebantur præter paucos aliquot & pauperes regulos, quibus Hispani pepercérant, vt iis ad operas suas pro mancipiis vterentur. Ceteri in solitudines & deserta loca conceillerant, tantum ut Christianorum imperium fugerent.

Judice male
præ inspecta
fusca.

SED dum nos aliquot in Cumana moramur dies, eo venit India mulier præcipui eius prouinciae reguli vxor, quæ fillum patriis fratribus plenum serens: ceterum eo onis corporisq; habitu vt tam deformem ac prodigiosam speciem neque ante neque post eam diem vidisse me vñquam meminerim: neque tum rei nouæ miraculo stupefactus eam intruendo explere oculos possem. Illa vt venit, ad Erreram p̄fectum ingressa, posito ei ante pedes quod attulerat munere, tacita in scamno assedit, tali habitu ac specie: Primum profusa nuda exceptis pudendis, quæ velare eius prouinciae consuetudo fert: vetula, virgata toto corpore ac depicta nigro, promissis ad pubem capillis: præterea auriculis infimis adeo producētis demissisque vt in humeros usque penderent, (foedum visu spectaculum) deinde per medium fissis, ac foraminibus insertos ancellos gerens, leuissimos, ē ligno quadam elaborato, quod eorum lingua Cacoma dicitur.

etur. Vngues ei præter modum longi, attingentes, os patulum, nares perforatae in sero annulo quem ipsi Caricori appellant: ita ut monstri cuiusdam potius quam humanam speciem haberet.

B I D V O expleto, è Cumana soluimus & usque oram legentes in Ortum per sinum Pariae, ad ea litora appellebamus, in quibus Reguli stedere & amicitia cum Hispanis iuncti erant: quumque iis fere locis egredieremur in terram, pro paululo vino Hispaniensi, pro induvio, pro cultello & caliis eiusmodi minimi precii rebus, quibus Praefectus illos munerabat, ipsi nobiscum aliquot è suis clientibus & subditis mittebant, duces in eum, qui loca & tractus indicarent, unde capitales ipsorum hostes Indos captiuos abduceremus, quum ipsi Christianorum se amicos & socios ferrent. Itaque manente Praefecto cum octo Hispanis in Cariaco eius oræ litora, ceteri omnes iter ingressi, praenuntibus ducibus de gente amica datis, & commacatus ferentibus, prædabundo agmine, centum ferme passuum millia terrestri itinere introrsus emensi sumus: montes, valles, flumina, saltus & cetera locorum aspera multa cum vexatione transgessi, qua iter duces monstrauerant. Tandem per inuias rupes & præerupta saxa, & foramina, quâ vulpes quoque ipsas transire dubitaturas existimem, sèpius noctu quam interdiu procedentes: ducentos & quadraginta Indos mares ac feminas, puberes atque impuberes, manus captos abduximus. Agminis hosti ductor metuens ne alimenta deficerent (tametsi ex Indorum mapalibus aliqua cibaria contraherentur) signum receptui dedit. Quum retro unde veneramus regredieremur, mane quodam ad primam ferme Astororam forte duos ignes eminus repente conspicimus, unum in monte, alterum in planicie: quum utroque ire liberet, agmine in duas partes diuiso, alii in planiciem, alii ad montem contendunt. Qui in plana scese demiserant, velocius quo destinabant perueniunt: ibique reperta tantum anu quadam cum filia, quæ infantem aleret, manus utrique iniiciunt. Illæ somno correptæ facillime oppressæ sunt, sed improviso irruentium impetu excitatae tantum clamorem ediderunt, ut qui in monte erant procul eam vocem exaudirent. Itaque priusquam hosti ad eos peruenissent, clamorem & ipsi alte tollunt: unde nostri pauci Indorum multisudine territi, retro scese ad suos recipient, ut iunctis cum reliquo agmine viribus, ubi nos eramus, habitem pro-pulsarent. Interea hostes iuga & aditus qua subire nos oportebat, occupare festinant: sed quum orta lux maiorem armatorum multitudinem quam quantum rati erant aperiisset, præsidio excesserunt. Nihilo secius interea abeuntes sagittis venenatis configere nostros,

&c

In Indis prædictis
monstratur
iter.

& conuiciis incessere, latrones, canes, proditores, prædones vocando & probra alia obiectando : neque dubito quin, nisi ab amicis nostris prohibiti & fugati essent, ingens clades accipienda nobis fuerint. Ita absque villo detimento saltum illum superauimus, relicta anna illa quam ceperamus, quum ambulare non posset: ac biduo post ad eum locum ubi præfectus erat, peruenimus : mox inde, refectis aliquot dierum quiete corporibus, & correptis aliquot lirtribus quis indigenæ vulgo riti solent, octoginta ferme millia passum eius ore percurrimus. Indi autem ex singulis arboribus cauatis nauigant, quas cymbas illi Piraguas vocant, & earum maximæ quinquaginta circiter homines ferunt.

PORRO quum per omnem eius ore longitudinem Indorum
alii venan-
daro nesci-
eruntur.
ali qui montibus ad mare piscandi causa descendere consuef-
fent, nos eius moris minime signari, aptis ad insidias locis abditi, vn-
de minithe conspicere possemus, totum s̄epe diem opperibamus, si
quos forte in æquum degressos excipere possemus. Moxvt Indi ap-
parterant, tum nos subito omnes ex suis quisque latebris exorti, in
eos, cœl lupi in agnos, vndique impetum faciebamus. Hac arte am-
plius quinquaginta mancipia, omnes ferme fœminas, cum liberis
parvulis, cepimus: tandem tamen, quum ea omnia litora crebris
excensionibus infesta fecissimus, à quibusdam inimicis Indis con-
speti sumus. Illi vero pescantes simulac nos viderunt, ingenti cla-
more sublati aliis signum nostri aduentus dedere. Itaque quotquot
circum ea litora erant, diffugiunt: nos vero in terram egressi nihil
prædæ inuenimus, præter siccosplices qui craticulis ex arundinibus
compactis impositi lento igne torrebantur, & locustas ad solem ex-
fiscatas, quas indigenæ vt domi recondenter, lineatim filo traie-
cerant.

Dux noster postquam detecta fraude praedam hominum se facere ultra non posse intellexit, retro iter flexit & ad domum pauperis cuiusdam reguli Hispaniam amicitia iuncti, applicans: postquam eum muneribus, phiala vini, iundusio vno, & cultellis aliquot conciliasset, blandis verbis rogat velit se deducere in locum unde praedari mancipia possit. Regulo Christianos secum ducere in expeditiō-
nem non placuit, sed sumptis aliquot ē suis abiit, & postridie eius di-
ei reuersus decem & sex Indos adduxit manibus post tergum reuin-
ētis, eosque ductori nostro dono dedit. Is ei multas gratias agens
promissis hominem implet spondet quē se alias ei maioris preciū res
& elegantiores allaturum. His gestis, Cariacum reuertimur: die se-
quenti in Cumānam peruenimus: Praefectus captiuos in Cuba-
guam

quam mittit, & Indis sociis, qui cum prosequuti fuerant, domos suas redeundi potestatem facit. Illos abeunt in itinere inimici adoruntur & quatuor interficiunt: reliqui in Cumana regressi praefectum adeunt, & calamitatem suam querentes rogant ut secum Christianos aliquot armatos mittat, qui communis inimicos vlciscantur. Praefectus, quamquam vicem eorum vehementer dolere vultu & verbis præ se ferret, tamen quando præuerendum ei aliud maioris momenti incepsum esset, in præsentia ipsis consulere se non posse respondit: verum fidem interea dare, hostes non impune eam iniuriam laturos, sed simulac facultas adfuisset, se meritas de illis pœnas sumturum. Illimale admodum contenti & offensi abeunt, diras in Christianos & eorum rapinas iacentes, qui tot ipsis malorum autores & causæ essent.

SIndi captivi quomodo ab Hispanis tractentur.
Pariensium mores, & armæ.

CAPUT III.

PRÆFECTVS paucos post dies cum vniuerso agmine ē Cumana soluens & oram occasum versus legens ad Amaracapanam appellit. Oppidum est quadraginta fermè domuum, quod quadringenti Hispani assidue incolebant. Ii quotannis ē suo corpore legebant ducem, qui dimidia militum parte attributa & multis eius finis accolis Indis quibuscum societas erat, assumptis, per multas eius oræ prouincias præ datum discurrebat. Ibi dum moramur, Petrus de Câlice trib. mil. quatuor millia mancipiorum & amplius trahens, venit: multo etiam plures captos adduēturus, ni partim labore, lassitudine & alimentorum penuria, partim ægritudine animi & desiderio patriæ, parentum ac liberorum, quos inuiti reliquerant, permulti in via defecissent. Nonnullis etiam, quum agmen raptim ductum facile sequi non possent, ne ad bellum instaurandum superessent, Hispani latera & pectora ferro traiecerant. Spectaculum profecto scđum ac misérabile intuentibus calamitosum agmen illud seriorum: nuda, lacera, mutilata corpora, fame & miseria debilitatos viros feminasque. Infelices matres cernentes duos tresve filios trahentes, aut collo atque humeris gestantes, mœrorē & lacrymis perditas: omnium cervices, brachia, manus, funibus & catenis ferreis innexā erant: neque vlla inter eos adulta virgo, quam prædatores non stuprassen: tam profusa libidi-

B ne,

ne, vt ea mox Hispanis in contagionem atque inde in perniciiales morbos euaderet. Iste tribunus mil. amplius septingenta millia pass. à mari in mediterranea earum regionum penetrauerat, quæ sub primis Hispanis aduentum frequentes & incolis referte: quum ego eò veni, propemodum in vastitatem & solitudinem redactæ erant. Hispani equites qui aduersus eos populos bellum gerunt, thoracibus gossipio bene suffultis muniti corpora, lanceisque & gladiis armati, prælia inceunt: peditem arma scutum, ensis, ballista, tegmen quoque corporis equestri simile, sed leuius. Tormentulis vero, loricis, aut thoracibus ferreis non vtuntur, non tantum propter humidos vapores qui è palustri & viginoso solo gignuntur, sed quia quum sepius in campis milites cubare necesse sit, partim sua sponte abundantius humescente terra, partim roseidis admodum noctibus, id genus armorum breui corrumperetur.

CETERVM, meo iudicio, totus ille tractus & ingenti illi sinu Pariensi adiacens regio quà metidiè spectat omniū quotquot adii Indiæ ter-
tarū amoenissima est & feracissima. Siquidē ibi spacioſa planicies est,
fertilis terra & affidue flores fundens tū suavis tum tetri odoris: arbo-
ribus velut vere ppetuo, toto anno folia durant, et si paucæ sunt salubres
& frugiferæ: plerisq; etiam locis magna vis calidæ reperitur. Provincia
hæc in vniuersum calida est & humida. itaque multa ex eo infecta ge-
nerantur: in iis culices, incolas noctu plurimum infestantes, & ma-
gna vis locularum, quæ satis perniciem infestavit. Incoleæatum re-
gionum penem tubo è cucurbitula, ceu theca aut vagina, includunt,
cetera pendere extra finentes: quondam eiusmodi bracculas, au-
reas & vnonibus decoras gestare consueuerant, sed Hispani hunc
illis morem finierunt. Fœminæ viris iunctæ peplo aut castula (quam
Pampamillam vocant) muliebria velant: virginis fascia tahtum aut
vitta. Regulis quam multas libertviores ducere licet: vna tamen tan-
tum legitima habetur, eiq; in ceteras imperium est. Plebeii tres qua-
tuorve sibi pro arbitrio iungunt: mox vbi consenuere, eas ablegant
& iuniores aſciscunt: & coniugum suarum virginitatem delibân-
dam tradunt sacerdotibus quos Piacchos appellant.

CETERVM Indos non in Pariensi tantum sinu, sed in aliis quoq;
Indiæ tractib. piscatus ferme alit: vinū è Maizio, q; pro frumento illis
est, & aliis fructib. radicibusq; moliūtur. Humaña quoq; interdū car-
ne, pediculis simiarū ritu, ranis, vermib. & caliis eiusmodi sputis ali-
mentis vescuntur. Vnguentū quoddam ad confirmandos dentes co-
ficiunt hoc modo. Vnionum feraces conchas cum foliis Axí cremant:
mox cincfactas modica macerant aqua, donec calcis candorem refe-
rant.

rant. Eo vnguento illitos dentes tam attos, reddunt quam carbo est, & tali remedio eos semper absq; dolore conseruant. Nares quoq; labra, aures, perforate mosillis: & corpus variis herbarum succis aliisque rubris & nigris fucis distinguere: denique quo absurdiore cultu sunt, eo sibi pulchiores videntur. Reguli lectis, straguli aut toralis longioris quam latioris instar factis, vt tuntur: plebeii vero ferme omnes retis ad formam suos contexunt, omnes quidem pariter e gossipio, & in iis ad duo tigilla alligatis atque in aere suspensis dormiunt. Qui in campis cubant, aduerius nocturnum frigus, perpetuum ignem una ex parte, altera lectum, habent. Atque hunc in yniuersum cubandi usum moremque seruant earum regionum incolae usque ad fines² Nominis Dei (id oppidum Panamensis Isthmi est) neque alia dormendii consuetudo est in multis septentrionalis Oceanii insulis.

ARMIS illis præcipua arcus & sagittæ venenatae, eas dupliciter fingunt, primum è palma, deinde arundinibus quibusdam concinis, quas in ripis fluminum enatas, in opti ferri duris piscium squamis aut silicibus acutis asperant, mox bitumine nigro vngunt: pestiferum id virus est è radicibus, herbis, formicis, pomis, aliisque fucis, permixtum, quod vulturæ cum serpentum sanie multo labore & diligentia decoquunt, donec ad exactum modum adduxerint: nec pauci interea tetro vapore, qui ex dira illa colluuiæ exhalat, exanimantur. Si quis sagitta eo liquore adhuc recenti peruncta fauicetur, ei corpus intumeat, vi veneni adeo rapida vt breue intra spatum tabie correptus intereat: sive vero venenum aliquando ante aut dudum factum sit, maximam partem lethalis efficacie depedit. Veneni huius remedium præsentaneum est ferrum candens, inustum vulneri: & multos ego noui Hispanos, qui ea ope sanati sunt.

PORRO omnes serui qui ab Hispanis in iis prouinciis capiuntur, abducuntur in Cubaguam: si quidem in ea insula Regii procuratores resident, quiregia vestigalia colligunt, nempe uniones, aurum, mancipia, & cetera id genus, ex quibus omnibus quinta Regi penditur, id est, viginti è centum. Seruorum omnium faciei & brachiis ferro ignito, C. litera insculpto, nota inuitur: mox praesceti & duces de illis pro arbitrio statuunt: pars quoque militibus in prædam cedit, qui eos postea aut Hispanis aliis venum dant, aut de illorum capitibus inter se colludunt. Appellentibus quoque eò ex Hispania nauibus, mancipia ista vino, farina, nautico pane & aliis rebus necessariis, permutant: & quamvis Indice mulieres aliquæ ex Hispanis prægnantes sint, eas tamen quoque vendere nulli possunt reli-

*Medicamenta
dentibus, con-
sumantur.
Parvissime
venerantur.*

*Calendi
marci.*

*Indicatio ma-
cipia que
necesse ab-
sunt in
Hispania.*

gio est. Mercatores eos seruos inde auctos aliò, reuendunt. Alii mancipiis magnos quo'dam phaselos ad formam celocium (quas Caraellas vocant) factos complent, & in Hispaniolam insulam transmittunt. Sed præterquam quod mediterranei homines (quippe qui remotis ab Oceano terris fere capiantur) nauigandi tedium ægre tolerantes: ad hæc conferti stipatique in carinis sub tabulatis nauium, interputidas sentinæ sordeis, nauicasque & reliqua excrementa corporum, ceu pecora, in face ac sternore computrescunt: etiam non raro, in summa maris malacia, tanta aqua & ceteri vietus penuria laborant, ut ferme omnes siti, fetore atque æstu anima interclusa foedum in modum expirant. Quibus ex rebus hodie totus illæ traxit & ora Paricensi sinu circumiecta ab Hispanis desolata est. Quum enim iam neque vniones, neque aurum ibi reperiatur, & pescatio margaritarum finem ceperit, nulla Hispanis spes quæstus, nisi ex mancipiis, superest, quæ & ipsa hodie pauca sunt. Earum enim regionum incolæ primitæ libertati Cæsaris beneficio restituti, aliò demigrarunt.

1. Axii, planta vulgo nota in insulis & continentis India Occid. cuius fructu Indi per totum annum pro condimento & pipere utuntur.

2. De primo busus colonie conditore, & cur ita dicta sit, infra huius lib. c. 12. De eius statib. 2. c. 9.

*¶ Indi Hispanos mortales esse, quomodo deprehenderint,
quum immortales esse crederent.*

C A P V T I I I I .

Nunc ad Amarácapánam reuertor, quo, paucis postquam eo veneramus diebus, Regiæ San-Dominici curia mandatum allatum est. Eaiubebat Hieronymum Ortalum præfectum propter delictum ab ipso commissum, corripi, & firmo cum præsidio tuto in Hispaniolam perduci. Quare expeditionem illam promissam affluerens, spem quoque diuitiarum quam mihi sape fecerat, secum abstulit. Sed me præterea ex celi mutatione, insolentia ciborum & vehementiore æstu affectum, quum adhæc male cubando multum humidi terreni traxisse morbus corripuit: ac nisi vir unus extitisset, qui meas miseras respiceret, res meæ in perditissimo statu haud dubie erant. Is Antonius Castellanus fuit, sacerdos Gallus, nobilis, summa vir comitate ac liberalitate, quam decora & plena dignitatis corporis species honestabat, quæ res ei omnium benevolentiam

*Gallus & P.
talem in fa
die Imagi
tus.*

lentiam ac reuerentiam conciliauerant. Is me in Amaracapanę portu naui impositum in insulam Marganitam misit, iussitq; ibi aduentum suum opperiri, vbi maximam partem seruitiorum suorum & facultatum habebat: moxque ut eò venit, tanta in me charitate ac beneficentia vsus est, ut si ex eo natus essem. Neque enim tantum sex mensis domi suæ me dilecti filii loco habuit & curauit, sed recepta quoque valetudine inde abire volentem comiter dimisit, rebusque omnibus ad nauigandum necessariis copiosissime instruxit.

I N D E quum cara uella vna mancipliis onusta soluissemus, & oram legendo promontorium seu Caput Veli circumuecti, altum non sine magnis laboribus propter summam maris tranquillitatem traiecisemus, tandem Boriquenam insulam tenuimus: quæ ab Hispanis vulgo S. Ioannis dicta, etiam propter ingentem aurum & argenti vim in ea repettam, S. Ioannis de Portu-nicco, id est diuite, nuncupata est. Quum primo Hispani carnem insulam subigere aggressi essent, insulares eos immortales esse pro certo habebant: eius rei periculum facere vnum è primotibus insulæ regulis aliquando constituit: dat negotium famulis ut Hispanum quendam, hospitem suum, perlatum ad flumen, tandem pede uno retentum sub aqua mergi sinerent, donec extingui posset si mortalis esset. Illi sic demersum & suffocatum Hispanum humeris ad herum deserunt: is quum haud dubie mortuum esse videret & tali experimento iudicaret ceteros quoque mortales fore, iniuriis Hispanorum accensus, à quibus auarite ac crudeliter habití erant, in eos cum ceteris regulis coniurat. Illi in Hispanos nec opinantes vnam impetum faciunt, & centum quinquaginta trucidant, qui per insulam palati & auro legendo intenti erant: ac ne vnum quidem cladi superfluisse, nisi Didacus Salazar cum noua manu laborantibus subsidio venisset. Ex ea insula, vbi dierum aliquot quiete recreati essemus, soluentes, breui in Hispaniolam appulimus, atque in ciuitatem San-Dominici venimus. Ea prima terra ab Hispanis in illis regionibus frequentata, & colonia condita est.

Indi Hispani
vna mortalibus
eis quendam
depredante,
erant.

1. *Insula Borichen*, (nunc & S. Iohannis de portu diuite nuncupata) incole, intelligentes Hispaniolam Insulam ab Hispanis occupatam, quam non ignorabant magnam, & frequentibus hominibus habitatam, incredibiliter putabant, Christianos illam sibi subiicere potuisse, nisi immortales essent. Deinde cum audirent eos ex illa orbis parte aduenisse ex qua Sol oritur (est enim nostra Europa illius Orientalis) sibi persuadebant eam gentem è celo delapsam, & Solis prolem esse, fieri q; non posse, ut vulneribus aut alia quacunq; vi ab Indis conficerentur. Præterea confide-

B 3 ran-

rantes, illos paulatim Insulas sibi subiitcere, atq; iam in suam excedisse, licet ducentorum hominum armis præditorum numerum non excederent, valde moleste ferebant suam libertatem imminus, & suam insulam occupari tam parua hominum manu, sed memoriare repetentes sibi negotium esse cum immortalibus hominibus, animus illu languescebat.

Tandem posse varias sententias Reguli eius Insula conuenienti deliberaatur de hoc negotio, atq; itum est in eam sententiam, ut periculum facerent in Christiano aliquo, siquem à reliquis seruatum, excipere possent. Unus Regulorum cuius nomen Vratoan Dominus Provincia laguna, banc in securam recipit, & hac quidem ratione rem aggressus est. Forte adolescentis quidam, Salsedo appellatus, per eius Trounciam iter faciens, ad reliquos Hispanos contendebat. Vratoan eum humanissime in suas aedes excipit, cibum prabet, & discedenti quindecim aut viginti Indos in iheris futuros comites, & ad eum impedimenta ferenda doneos addit.

Ad flumen peruenientes nomine Guarabo, parte Insula Occidentalis situm, Indi Hispanum compellunt, & an eum humeris ferre velint, ne malediceret, interrogant. Annuit, nihil sinistri cogitans, & sibi admidum placens de tam frequentibus ministris. Validissimi ergo quiq; enim excipientes fluuum ingredisuntur, sed quando in medium alucum pernenerunt, illum in profuentem abiciunt, atq; in ipsum omnes insilentes suffocant. Deinde illum in ripam protractum compellant (tamen si conspicere immobilem esse) his verbis: Surge domine. Salsedo, & ne nobis virtus veritas, nam nosstra culpa factum non est ut caderemus, atq; alii eiusmodi pluribus, subinde illum reuolventes in hanc, aut alteram partem ad obseruandum ansurget, atq; ita toto triduo apud cadaver baserunt, donec corrupti & putrere inciperet: nihilominus tamen, eum mortuum, aut Christianos mortales esse sibi persuadere non poterant. Tandem cum animaduerterent se surdo loqui, quid actum esset suo Domino denuntiant, qui credere nolens, singulis diebus alios subditos mittebat qui viderent an Salsedo se non commoueret, imo tandem ipse proficietur, ut oculatus testis esset: sed nec adhuc persuadere sibi poterat quin Salsedo tandem exugeret, donec conspiceret cadaver in dies magis corrupti. Quum igitur ipsi & reliqui Reguli intellexerant Hispanos non minus mortales quam ceteros, nec sibi cum Diis negotium esse, sed cum hominibus perinde ut ipsi mortalibus: tum animose arma sumserunt, & plusquam medianam partem Hispanorum occiderunt.

2. Prima Colonia Hispanorum duce Christophero Columbo in prima sua navigatione in Americanam facta est, edificata propugnaculo quodam, cui Nauaratis nomen impoſuit, & triginta Hispanos reliquis sub Prefectura Roderici d' Arana: sed omnes ab Indis fuere cesi.

Altera

Altera nauigazione urbem condidit. Isabellam nomine, in honorem & memoriam Isabella Regina, in qua coloniam traduxit mille & quingentorum virorum, quos adduxerat. Sed hac priore non fuit magis firma: Anno enim M. CCCC. XC V III. omnes Hispani qui inerant, ea deserta, ad quinquaginta millaria distante locum alio Insula latere, nempe S. Dominicum sese contulerunt, urbem recens conditam ad flu men Ozama, a Bartholomeo Columbus, anno M. I III. XC IIII usq[ue] cap. XXIX. huic libri latine explicabimus. Eam ob causam nostrar[um] Auctor urbem S. Dominicu vocat primam Hispanorum coloniam: nam reuersa illa urbs prima, in qua Hispani sedes fixerunt in ea insula, atq[ue] conplanter porro perfluerunt.

*¶ Christophorus Columbus Genuensis primus India Occid.
repertor, utcumque Hispanam laudem
alteri transcribunt.*

CAP V T VI.

Nisi vero quis incognitas quondam eas terras primus aperuerit, inter scriptores non satis conuenit. Primum Franciscus Lopez de Gomara in secunda parte Historie generalis Indicarum in hanc sententiam scribit: *splendida
secula de
prima India
Occid. inca-
pta.*

Nauclerus quidam in Oceano nostro celoce nauigans, flante diu & vehementer Apeliote raptus, quum vento obsec-
qui ei necesse esset, in regiones incognitas delatus est, quæ neque in
Cosmographicis vllis tabulis notatae, neque in indicibus nauigato-
riis extarent. Inde agre in Hispaniam reuersus, tribus tantum aut
quatuor nautis superstibibus, in ipso portu morbo extinctus est, et
quem ex miseria, fame, siti, ceterisq[ue] in tam longa nauigatione per-
pessis malis, contraxerat: neque vllam aut nominis aut patriæ suæ
memoriam reliquit. Quamquam ne id quidem ipsius culpa accidisse
putandum est, sed aut quorundam malitia, aut eius inuidia quam
Fortunam vocant. Eum nonnulli Turdetanum seu Vandalum fu-
isse tradunt, ac tum mercaturas facitare solitum in Canariis insulis
& Madera, quum ei longus ille & exitialis error obtigit. Allii Canta-
brum ferunt, in Anglia & Gallia negotiantem. Sunt etiam qui Lusi-
tanum suis contendant, qui tum ad Minam (ut vocant) vel in In-
diā nauigaret, aut inde rediret, quod quidem commode quadrat
nominis in hisce terris imposito. Præterea dicunt nonnulli Nau-
clerum istum carauella vna appulisse in Portugalliam: aliū in Made-
tam,

„ram , aut aliquam Hespéridum : nemo tamen ea de re certi & explo-
„rati quidquam affirmat . Omnes tantum in eo vno consentiunt,
„quod videlicet Nauclero illo apud Christ. Columbum extincto,
„penes eum defuncti hospitiis aduersaria , chartæ , & indices omnes
„remanerint , atque in iis relatio tam longinquæ nauigationis cum
„designatione Parallelæ & Climatis eius oræ tum primum repertæ.

„ E t paulo post : Principio Columbus nauiculariam exercuit , &
„multis annis Syriam aliasque Orientis oras obiit . Inde indices mari-
„nos seu chartas nauigatorias confidere aggressus , atq; eius artis pe-
„nitiam consequutus , vnde fortunam & opes postea nactus est , Por-
„tugalliam adiut ut Australia Africa litora & quæcunque tum Lusi-
„tani nauibus perlustrabant , cognosceret , arque ita non parua acces-
„sione auctis & illustratis Indicibus suis maiorem autoritatem preci-
„um q; conciliaret . Postremo in eo regno vxorem ducit , vel (vt non-
„nulli tradunt) in Madera Insula , vbi tum , opinor , commorabatur
„quum dicta ante caraueilla applicuit . Ibi ergo quum esset , nauis eius
„forte magistrum eò ex diuturno errore appelletem domi suæ exci-
„pit :is Columbo omnem nauigationis suæ historiam exponēs , quid-
„quid de oræ à se repertæ situ & parallelo compererat , aperit , conten-
„ditque ut nauigatoriae paginæ quam ab eo emebat , nouæ illius ter-
„ræ specimen simulque eius nomen à quo intuenta esset , adscriberet .
„ Inter ea Nauclerus ille moritur : indicium & relationem eius terræ
„Columbo relinquit . inde Columbus primum nouæ illius Indic no-
„titiam habuit . Idem scriptor postea subiungit : Nequid intactum præ-
„termittam , sunt qui Columbum lingue Latinae & Cosmographiae
„peritum fuisse affirment . Quumque Platonis Timæum & Critiam
„legisset , vbi ille ingentis cuiusdam insulæ Atlantæ meminit , & ob-
„ruta aquis terre quæ Africam & Asiam amplitudine excederet , eo
„impulsum ad vestigandas Antipodum terras & auroram illam Mar-
„ci Pauli Cipangon . Adhuc legisse apud Aristotelem , vel Theophras-
„tum , in libro De mirabilibus , negotiatores quosdam Carthaginæ-
„ses , à freto Herculeo in Occidentem & Meridiem nauigantes , tan-
„dem multis exactis diebus in vastam quandam insulam peruenisse ,
„desertam illam quidem & incolis vacuam , sed rebus tamen humia-
„næ vita necessariis abunde instructam , & fluuiis nauigabilibus per-
„fusam .

„ Mox idem autor satis fidenter : Equidem Columbum (inquit) si
„suo marte & ingenio vbi esset noua India cognosset , multo ante
„quam in Hispaniam veniret , de eaperuestiganda cum suis Genuen-
„sibus aëteturum fuisse existimo , qui tum negotiandi causa totum or-
„bem

bem peragabant: sed tale quid aggredi ei nunquam venit in mente, donec cum Naucleto illo Hispano egit, qui eam tempestate maris aetius repererat.

Christophorus Columbus his primis annis Occidentem invenit.

Sed hanc fabulosa & indigna fide refellere, non magni operis est. Petrus quidem Martyr Mediolanensis, in eo quem de his conscripsit libello, Columbum ea de re cum ciuitate Genuensi egisse ante omnia testatur, simulque causam commemorat quae cum ad veltigandas illasoras impulerit. Eius verba hec sunt: *Quum Columbus (inquit) pro suo more ac in instituto, trans Gades in Portugaliam & omnem illam Oceani oram nauigaret, si e numero animaduertit, & quidem multa cum cura & diligentia obseruans, ventos quosdam statis anni temporibus ab occasu flare consueisse, qui multos dies constanti & æquabili tractu spirarent. Quos quum non alunde quam ex transmarina aliqua ota, cuius halitu gignentur, proficiisci posse iudicaret, tamdiu circa eam rem cogitando animum versauit, ut eius certitudinem querere aliquando constiteret. Ergo annos natus ferme XL. Senatui & populo Genuensi coram sua consilia exponens spopondit se si à ciuitate aliquot nauibus instrueretur, Herculis columnas preteruectum tam diu in Occidentem nauigaturum, donec orbem circumiectus in aromatum feras insulas perueniret. Sed eius rei incepit oīum primum auditum incredibilis videri omnibus, quibus videlicet nihil tale vñquam nesciuntibus quidem venisset in mentem, & nihil tamen eorum quae ad nauigandi attem pertinent, ignotum esse videretur. Itaque omnes hanc Columbi commentationem, ceu inanem fabulam aut somnium, respuerunt: et si forte accepissent veterum scriptorum alicui proditum de quadam ingentis magnitudinis insula, quæ mulitorum dierum in Occidentem nauigatione à Gadibus distaret.*

Columbus quibus omnibus insulis Nove terrarum approbat.

Hanc equidem dubitem eam ipsam fuisse causam qua impulsus Columbus nouas illas terras quærere aggressus sit: unde facile æstimare licet, Gomaram multis argutis commentis veritatem permiscere ac corrumpere conari, & quidem eo consilio ut immortalalem Christophori Columbam immixuat. Quippe ægrè multi patiuntur, peregrinum hominem, & quidem è nostra Italia ortum, tantum honoris ac gloria consequutum, vt non tantum Hispanicæ gentis, sed & cuiusvis alterius, homines superauerit.

Nostrum alienum fuerit hoc loco quiddam narrare quod Columbus in Hispania, vii accepi, contigit, posteaquam iam Indianam reppererat (et si eniti id olim quoque aliquando esset factum, recensatamen hoc inuentum, eius est) Quum forte Columbus celebri con-

C. uiuio

uiuio cum multis nobilibus Hispanis adhibitus esset, & inter eos (ut fieri solet) de India seimo ortus esset , vnuis eorum ita cum alloqui , cœpit: Dominc Christophore (inquit) et tu Indiam non reperies , non defuisset tamen in hac nostra Hispania , qui idem ac tu tentas , vt quæ multis magnis viris & ingeniosis abundet , Cosmographis & literatis . Ad ea Columbus nihil prorsus respondit : sed ouo asserti in triclinium iusso & mensæ imposito , verso ad omnes sermonem : Agedum , inquit , domini mei , cum quolibet vestrum deposito in cœnam pignore certo , neminem eorum qui hic sunt facturum , ouo isto , quod ego facturus sum , nempe vt nullo nixum adminiculo , stans & erectum in pedem suopte nutu maneat . Experti sunt omnes , neque ulli eorum successit : sed quum circumacto orbis ad Columbi manus peruenisset , ipse ouum , altero eius fastigio mensæ illiso ac leniter quasiato , rectim firmumque constituit . Ea res omnium animos velecula pupugit , postquam utique illis patuit quid sibi tacitis ambagibus vellet . Ni mirum , id postquam primus ipse tentasset , iam apertum omnibus & factu facile esse debuisse ipsos potius principes Indiæ querendæ viam rationemque inire , nec se ridere qui primus id experiri ausus esset , sicuti ante id ceptanti mirabundi illusissent , quasi rem impossibilem aggredienti .

Consalvius Oviedo , Imp. Caroli V. Historicus , hanc lepidam fabellam etiam recenset , tanquam rem auditam , non tamen assertit , ut iste Gomara . que eum sequitur est , sed modestè suam opinionem in medium adserit his verbis :

„ Sic neres se se habeat , an non (inquit) nemo afferere queat : vulgo tamen ita circumfertur . Ego nibilominus falsum esse hunc rumorem censeo : „ Et cum Augustino dico : Præstat dubitare de re non certa , quam pertinaciter affirmare rem dubtam , et quam probare non possumus .

Hæ sunt Quiedi verba . Gomara tamen adeo confidenter hac affirmat tanquam præfens ipse adfuisset , cum Et Nauclers nomen , Et unde fuerit oriundus ignoret , aut notabilem aliquam circumstantiam , quasi iam bis mille anni effluxissent à re peracta .

2. Marcus Paulus Venetus in suo Itinerario , Cipango aut Zipangri hanc Insulam vocat , à Lusitanis primum postea obseruatam & Iapon dictam . E regione Sinarum Provincie ad Orientem postrema , est , circiter ducentas leucas à Continente , Et sexies mille leucas à Lusitania marino itinere , eiusdem cum Hispania altitudinis . Rigida sunt istis frigora & magnisstus protemporis ratione . Nubes , venti , pruina , & terramotus isti frequentiores quam apud nos . Incola bellicosi , laudis audiunt , pro qua conseruanda , vel in fructu concidi præoptarint , aut se semet conscere .

ficere. Varia est eorum Religio: nam quidam Lunam & Solem adorant, alij Cacodemonem.

3. Is Solon est, unus est septem Sapientum Gracia numero, quem Platonis Dialogis Critia & Timaeus loquentem inducit, tanquam id intellexisset a Sacerdotibus verbis Sais in Aegypto, qui scripta apud se conservabant admodum vetusta, continentia memoriam plurimarum rerum ante diluvium, ut ipsi refererant, gestarum. Ad me quod attinet, arbitrio non magis extitisse Solonis tempore, villa monumenta continentia veram narrationem eorum qua ante diluvium contigerunt, quam nunc, preter Mosis libros. Ut tamen non est affirmandum Dei Spiritum nobis in illis scriptum reliquisse, quicquid acutum est toties mille & amplius annis qui effluxerunt ante arcum Noe fabricatum: sic a fide absonum non est, liberis relectam esse a parentibus memoriam rerum quarundam particularium & singularium, & conservatam inter Aegyptios, aut alias nationes probandas. Nam exempligratia, etiam nunc in Occidentalem Indorum cantilenis obseruantur confusa quadam vestigia historia Diluvij universalis.

Sed ut ad nos sacerdotes Aegyptios redeat oratio; Aiebant olim ingentem fuisse insulam Atlantidem nomine ad fretum Herculeum, latius patentem quam tota Africa & Asia, in qua ampla essent regna, & potentissimi Reges, qui tum temporis non modo uniuersam Insulam possebat, sed in continentem egressi, tantum terram in latitudinem occupauerant, quantum patet Africa in Aegyptum, & in longitudinem, quantum Europa in Tusciam. Inuasit etiam illos Reges cupido (dominandi enim appetitus non magis extinguis potest, quam Avaritia) Asiam inuadendi, & in potestate redigendi omnes eas Provincias que Mare mediterraneum cingunt usq; in Pontum Euxinum. Itaq; coactis omnibus viribus singulis formidinem incusserunt: Hispani, Gallia, Italia, nemine resistente, superatis, penetrarunt in Graciam usq;. Sed neque in Gracia quisquam resistere ausus, prater Athenienses, iam tum temporis potentem Rempublicam, & totius Gracie primariam urbem, ad quam reliqui Graci conseruerunt. Soli igitur Athenienses totum onus bellis sustinentes, praelio superarunt hos transmarinos Reges, atque bac ratione non modo libertatem Gracie propugnarunt: sed etiam seruitute liberauerunt omnes eas nationes que cis Herculeum fretum erant.

Sed coortis paulo post prater omnium spem magnis terra motibus, & aquarum diluvio, diurno & nocte spatio terra debilmente, absorpsi sunt omnes illi strenui Athenienses milites: atque eodem tempore perierunt etiam omnes illi Atlantidis Tyranni, ipsa itidem Insula Mari submersa: ut deinceps totum illud mare Atlanticum adeo luto sum eiusserit, ut nullaratione nauigariposset.

Verum demus hec ita se habere. Creditus tamen difficile est, Indiam Occidentalem, Insulam illam Atlantidem esse, cuius Plato meminit. Nam licet non dubitem diluvium magnas in orbem mutationes induxisse, & alius adiecerit que alius ademerat (scribunt enim quidam veterum), Siciliam Italiam aut insam, Cyprum Syria, Eubaeam Boeotia, atq; alias plures: rursum Insulas mari ablatas iunctasq; terris) tamē non est verisimile (tamē si Gomara non dubitandum esse censeat) Insulam quam panē Hispaniam uttingebat, mille ducentis leucis ab ea receperit: totidem enim numerantur ab Hispania in eam regionem. Adhac recentium Navigationibus obseruatum est, eam non esse Insulam, sed continentem India Orientali coniunctum ab una parte, ab altera, ijs terris que utriusque Polo subiacent: aut si separatur, tam angusto fredo & interuallo edat, ut propterea Insula nomen non mereatur.

4. Etiam nunc extat libellus inter Aristotelis opera (& licet nonnulli aliquem ex ipsis discipulis potius auctorem censeant quam Aristotelem) cui titulus 'De Mirabilibus'. Qui quis tandem auctore eius est, narrat Carthaginenses quosdam negotiatores, ab Herculeis Columnis, in Atlanticum mare nauigantes, post exactos multiplos dies tandem in vastam quandam Insulam peruenisse sibi abundantem, & ingentibus altisque fluminibus irriguam, procul ab omni continente sitam: atque ipsos & aliros præsterea libertate illius illectos, eō cum uxoribus & liberis commigrasse, & Insulam capisse colere. Verum Carthaginem Magistratum, cum animaduerteret ciuium suorum numerum pavlatum immisui, pene capitio veruisse, ne quis in posterum eo nauigaret, atq; nouas iste aec colonias inde exegisse: metuebant enim (ex quorundam sententia) ne illa viribus cum tempore aucta eos tandem opprimerent.

Non desunt alij, qui de hac materia disceptantes ex coniecturis astiment hanc nuper repertam Indianam, celebres illas Insulas Hesperides, esse adeo à Poetiis decantatas, & à Rege Hespero appellatas, ordine duodecimo inter antiquos Hispania Reges, CLXXI. annis ante conditam, Troiam, & circiter M.DC.LVIII. ante natum Christum: & eos falli qui Hesperides esse Fortunatas insulas (quas Canarias cognominant) censem. Solinus enim postremo sua Cosmographia capite, ex veteri auctoritate Sobeli assertione scribit Hesperides ultra Gorgonas insulas (nunc de cap. Verde cognominantur) esse circiter dierum quadragesinta nauigatione, & in intimos maris sinus receperit. Tantudem scribit Plinius lib. 5. cap. 31. Atque sic recte obseruemus tempus quod in nauigationem impenditur a Gorgonum insulis in Occidentalem Indianam, reperiemus conuenire cum distantia, quam Solinus ponit inter Gorgonas, & Hesperides, nempe quadragesinta dierum nauigationem. Nam tantudem nunc temporis

poris impenditur, interdum paulo minus, pronanigiorum videlicet bonitate & Nauclerorum præstantia. Sed & Christophorus Columbus ipse, in secunda nauigatione, qua reperit Desideratam, Marigalante & alias in hoc climate insulas, tantundem temporis impendi. Hac est quorundam opinio. Supposito igitur hoc argumento, Hesperides insulas esse Indianam Occidentalem, concludunt, ante circiter ter milles ducentos & tricentas septem annos istam Indianam Regibus Hispania subiectas fuisse, ut nunc sunt. Sed hoc difficile creditu est: non enim verisimile, Hispanos adeo peritos rei naustica fuisse illo anno, ut sine pyxide nautica & Astrolabio (cuius usus non valde antiquus) se Marsigno committerent, ad inuestigandas terras unde nemo rediisset. Nam mille & quingentis fere post annis, Alexandri magni Naucleri, ad oceanum obseruandum missi, Indie duntaxat oram maritimam legerunt, neg. in altum ulterius progressi sunt, quam ad Taprobanam Insulam, quinque aut sex dierum itinere a continente sciuntam.

*¶ Chriſt. Columbi conflans querenda India noua propositum,
atque ut diu irrita ſpe, tandem à Ferdinandō
Castella rege claſſe inſtructus,
vots compoſit fuit.*

CAPUT VI.

Nunc, ut ad institutum reuertar & exequi pergam quomodo hæc India primum à Columbo inuenta fuerit: vt cognouit ipse ad tam præclari operis incepturn ſu-
cipiendum in Genuensibus parum opis ſibi eſſe, transgredi ulterius in Occidentem statuit: ſpe haud dubia fore ut ab aliquo principum, quorum ibi diuitiae atque opes inclitæ eſſent, rebus ad eas quas ardenter deperiret terras exploran-
das necessariis aliquando inſtrueretur. Itaque in Portugalliam con-
cedens, inde fratrem suum Bartholomæum ad Henricum VII. An-
gлиę regem mittit, qui fauorem & naues Indiæ veſtiganda peteret:
promittens ſe breui ex terris illis incredibiles diuitias allaturum.
Sed Bartholomæus inde irrita ſpe & ſine ope rediit. Itaque cum Al-
phonſo V. Portugallie rege Columbus eam rem communicat, eum-
que ſupplex rogar, ut ſibinaues aliquot armis & commeatu inſtru-
tas tradi iubeat: ſe vero fidem ac iuriandum dare, tamdiu in Oc-
cidentem nauigaturum, quoad diuīllimas auri, gemmarum & alia-
rum deliciarum quibus precium eſt, prouincias inueniret. Verum

C 3 sicuti

sicuti Columbus à Genuensibus suis pro vano habitus erat, ab Anglis ridiculus, ita tum quoque à Lusitanis pro futili & deliro circulatoreris est. Erant tum in Lusitania homines, qui Cosmographiam artem profitentes, nullam se eius partem ignorare arbitrarentur. Itaque superciliosae Columbum despicientes, regi suadebant, ne quam peregrini hominis somniis fidem adhibere vellet. Quippe amorem esse: neque in Occidente aurum, aut diuinitarum quidquam existere posse, veluti exploratum affirmabant. Imo neminem subiectam Æquinoctiali linea plagam transgredi posse, quin immodiis solis ardoribus torreretur, siquidem eo in spatio maiorem aestus esse vim, quâ perpetua inter duos Tropicos solis orbita & cursus est.

COLUMBVS ubi in Portugallia se ac verba sua ludibrio esse vidit, in Castellam profectus aulam Ferdinandi & Isabellæ regum adit, eisq; suas cogitationes, ut ceteris, exponit, simul que eas quam efficacissimis potest rationibus, exemplis & testimonio confirmat. Sed illis, et si principia ipsa primo arriderent, incredibilia polliceri videbatur. Tandem consumatis aliquot in aula annis, quum in proposito constanter perseveraret, & tanta rei spem exemplis & demonstrationibus cuiidentissimis confirmaret, ad extremum quorundam Hispaniarum procerum ope atque interuentu aditum ad Isabellam reginam obtinuit. Itaque tempus familiariter cù ea colloquendi naestus, adeo firmissimis rationibus eam labefecit, ut dictis suis assensum fidemque præbere coegeret: donec tandem persuasa promitteret se ea de re cum Rege aucturam, omniisque ope atque opera enixuram nequid illi rei ad inceptum illud exsequendum necessaria deesset. Quamobrem breui, Deo bene iuuante, & magnanime eius Reginæ supplicatu, Rex Ferdinandus liburnicam vnam & duas caraellas Christophoro Columbo instructas & armatas tradit.

princeps
Columbu
inducere
genit. **I P S E**, cum Bartholomæo fratre, incunite Augusto, anno M. cccc. xcii. è Palos portu vela in altum faciens, Gomeram insulam tenuit, quæ vna è septem Canariis est. Ibi aliquot dies commoratus, vtaquam & cetera inde necessaria sumeret, cœptum iter, Occidentem solem sequutus, peragere institit.

PORRO quum emensa dierum aliquot nauigatione nondum terra vlla in conspectu esset, milites in Columbum fremere incipiunt: ille mitigatis eorum animis, triginta quinque dies nauigando extrahit, neque vlla tum quoque terræ nota aut indicium apparebat. Itaque locii aperte Columbo minari & probra pro se quisque ingeneret, Genuensem impostorem & planum palam vocantes, quippe nescire

nescire cum quorū tenderet aut quo appelleret, & se eius ductū
in certam penicīem ruere. Hic Columbus pro vitili simul rationes
suas firmare, simul eos precari, orare ne animis per impatientiam de-
ficerent: sibi spem cīsc, Deo benc iuuante, breui terram nouam in
conspēctu fore.

H istum vocibus sedati, quum aliquot præterea dies nauigaf-
sent, neque villa tellus occurseret, fremitum in nauibus redintegrant,
& se reduci iubent: alioqui pertinacius vstra tendentem in mare pro-
iecturos. quippe vltierius progradientib. non suffecturos commen-
tus, maxime aquam, quæ in Hispaniam reuersuris necessaria foret.
Ad extreum cōrēs redit, vt promitteret reuersuros nisi intra tridu-
um terram vidissent, interea perspicue ostendens non tantum suffe-
cta ad redditum alimenta, si moderate vti vellent, sed multo etiam
longius. Itaque prospere iter exsequi pergens, postridie eius diei de-
mitu vela iubet: ac credibile quidem est, quum id dicere Columbus
haud procul terra assuisse, idque ex coeli conspectu deprehendi-
sse, aura, & nubeculis quæ circa orientem solem in horizonte ap-
parerent: aut certe instinctu quodam ingentis & inuicti animi.

2. N o c t e quæ cum diem sequuta est, nauta quidam Lepien-
sis, è summo malis fastigio alta voce proclamans, Ignem, inquit,
ignem prospicio. Tum euestigio excipiens adolescentis quidam,
Non diu est, inquit, quum mihi dominus meus Columbus id ipsum
dixit. Nauta ipse ingenti laetitia & spe auctus, haud dubius se, simu-
la Hispaniam attigisset, tam fausti nunci à Rege præmia laturum,
quod primus visi ab seignis è nau signum dedissem: postquam indo-
natus abiit, ira & dolore viētus profugit in Africam & Christi fidem
exxit.

1. Videntur nostri Auctōr Petri Martys mentem non satis affe-
cūtus. Nam is de Columbi conatibus scribens, hoc non voluit, Lusitanos
hanc rationem inter reliquas produxisse, ut Columbi conatus elude-
rent: sed dunt axat, eo tempore fuisse in Lusitania Naucleros & Nauium
Praefectos adeo arrogantes, ut neminem sibi comparandum putarent in
arte nautica: quia, inquit, totam Africō oram maritimam qua Meri-
diem speciat legerant, non tamen adeo in altum prouecti ut continentis
confiditum amitterent. Deinde addit:

Primi Lusitani eam Navigationem instituerunt quam veteres
tentare non sunt ausi: qui a certo credebant, tantum astum sub Aequatore
esse, ut quisquis eo penetraret, illico solis ardoribus conflagaret: atq[ue] adeo
cum intelligerent inueniri qui à freto Herculeo ad mare rubrum nau-
gassent, & totam Africam circuiuisserent, probabula habuerunt. Ita ex
Mar-

Martyris mente hac ad Veterum opinionem, non ad Lusitanorum disceptationem referenda sunt.

2. Ipse Petrus Martyr in quadam Narratione quam Italico sermone conscripsit, ait, Columbo triduo ante quam ullam terram conspiceret, mirandam in somno visionem habuisse: ut excitatus, latabundus & alacris, omnes conuocari esset, eosq; confirmauerit, breuiteram conspecturos. Praterea, ait a semel boltis in mare, ex terra in habitante agnouit non procul ab eis ab aliqua regione, atque eo magis confirmabatur in sua opinione, quod precedente nocte ventos obseruauerat solito inconstantiores, hanc igitur ventorum inqualitatatem non aliunde procedere indicabat, quam a terrestri vento marinum repellente.

3. Iesu Salfedo Columbi famulus, qui nauta hac proferenti respondit: Thalassarcham eius herus iam ante id dixit: tum Columbus famuli responsum confirmans, Verum est, inquit, iam ante dixi, nec diu est quod dignem illum, de quo est sermo, conspexerim. Atque adeo verum est, quodam die Iouis, duabus horis post mediam noctem, Columbum euocasse Nobilem quendam & irum Hispanum nomine Eſcobedo, Regi Hispanie a cubiculis, & dixisse, Ignem video, nec procul à terra aliqua abesse, se supicare. Itaque solum Columbum manet gloria conspectarum primum Indiarum Gonzal. Oviedlib. i. cap. 5.

*Columbus noua India reperta, primo ingenti Hispanorum gau-
to, mox inuidia & calumnia excipitur. Cubam & Hispa-
niolam detigit. Indi Hispanos amicissime excepti-
unt. Hispani Indos auro & ornamen-
tu per speciem amicissia,
spoliant.*

C A P V T V I I .

I AM quanta omnes voluptate perfusi fuerint, postquam nouam eam terram conspexerent, nemo dicendo assenti posset. Alii vix p̄gaudio mentium compotes, nouam oram intuendo explere oculos non poterant: aliqui perfusi lacrymis Columbum amplectebantur: nonnulli venerabundi manus eius deosculabantur, & qui eum offenderant, ignorantia petebant veniam: denique omnes sc̄e admiranda ipsius virtuti humiles fetuos ac deuotos fecerant. Inter ea Columbus demitti scapham in mare iubet: egreditur in terram: & deiecta arbore crucem ex ea factam in nomine D. Iesu

su Christi crucifixi in litore statuit, & Noui illius mundii ius ac possessionem Regum Catholicorum nomine usurpat. Hoc modo Columbus propria virtute atque ingenio, secundum Deicratiam, primus Indiam nouam aperit.

NE Q V E minus tamen ex tam mirabili opere, cuius ipse autor & effector extitit, mille in eum inuidorum calumniae exortarunt, vt imo dicam. Primum enim Regii fisici procuratores, postquam in Hispaniam reuenerat, litem ei intenderunt, iam à fratribus Pinzonibus Martino & Francisco duarum caraueellarum magistris apud Regem accusato, quod, nisi ipsi à fredo incepto deteruisse, regredi in Hispaniam ex itinere, non visa India, parasset.

CE T E R V M, possessione Indiae, vt diximus, usurpata, quum ibi diutius morari Columbus operæ precium non duceret, quòd eam insulam quam appulerat, exigua esset: regressus in naues vterius prouehitur & multas alias insulas detegit. Quum in Cubæ litora excensionem fecisset, eam Fernandinam in memoriam gratiamque Fernandini regis nuncupat. Ibi haud satis libenter ab insularibus conspicetus est: quumq; interea forte mare turbari cœpisset, & ipse quod in statione non satis tuta & fida nauibus esset, metueret ne tempestas nauigia ad scopulos allisa frangeret, subito soluendi signum dedit.

IN D E prouectus in Haytin insulam appellit, quam Hispaniam nuncupat: sed ibi iactis in portu ancoris, quem Regium nominauit, Prætoria nauis scopulo icta frangitur: quotquot tamen ea vehebantur homines cum maxima commeatuum parte, duarum caraueellarum ope naufragio erepti sunt. Indi complures per omnem litoris oram sparsi naues mirabundi spectabant, sed simulac egredientes in terram Christianos viderunt, correpti formidine, celeri fuga dilapsi sunt. Hispani cusu vnam ex iis feminam allequuti ad Columbum perducunt: ille mulierem cibo potu que expletam, eleganti & mundo inducio vestiri iubet: mox signis edoctam iussamque ire ad suos eosque hortari ut fidenter & sine vlo metu ad naues venient, dimittit. Illa abit: Barbari feminæ circumfusi, eam in usitato cultu vestitam non sine ingenti stupore aspectabant. Illa Columbi comitatem & munificentiam in se inter populares prædicat: ceteri huius verbis adducti, præterea nouæ gentis barbatæ & vestitæ videntur cupidine, certatim in tribus suis caraueellas circumdant.

IB I gaudium ingens pertentare Hispanorum animos ceperit, quum neminem in tanta Indorum multitudine viderent, cui non aurum & argentum in brachiis, collo & auribus fulgeret: mox et-

D iam ea

iam ea petere ab Indis vltro incipiunt : & illi, qui eas res paruifaceant, cuilibet liberaliter & hilariter dabant. Columbus quum tantum Indorum in nauibus videret quantum vix illæ capere poterant, in terram cum multis Hispanis euadit. Ibi quum ab eius loci Cacico (ita regulos patrio idiomate appellant) cui nomen Guacanarillus, summa comitate exceptus esset, muneribus inuicem datis acceptis, que ambo fidem futuræ amicitiae sanxerit. Eum Columbus induiis, pileolis, cultellis, speculis, crepitaculis, & tintinnabulis, donauit:

*Dianedi &
Glauci per-
mutatio.*

Cacicus contra satis magno auri pondere eum remunerans, è suis aliquot misit cum lintribus patriis (illi Canoas vocant) qui ad effrendas in terram res & onera fracte nauis Hispanis operam darent. Quam quidem illi adeo amico animo & propenso studio præstiterunt, vt si suæ illæ res essent.

1. *Petri Martyris historia refert, Christophorum Columbum simulatq; in terram excendisset (factum autem id est in Guanahani parva Insula) in genua procidisse, atq; subletis ad cælum manibus, fusi q; pra gaudio lachrymis, blane ad Deum orationem habuisse.*
2. *Domine Deus aeternæ & omnipotens, sacro tuo verbo cælum, terram, & mare creasti. Benedicatur & glorificetur nomen tuum. Laude, tur tuam aetas, quæ dignata es per humilem seruum tuum procurare, ut eius sacrum nomen agnoscatur & publiceretur in hac altera mundi parte.*

Egregium Columbi factum, qui ante reliquias actiones, gratias Deo egerit & agnoverit non propria scientia aut prudentia, sed peculiari privilegio atq; dono Dei, se primum omnium hunc Novum orbem reperisse, in quo ipsius cognitio fereretur. Si Hispani hoc exemplum imitati, Deo conseruassent omnes Provincias, quas postea obseruarunt, non subsequutisuissernt adeo tragicie exitus, quales infra videbimus.

2. *Tres fratres quibus cognomen Pinzonnes è Palos Hispania quodam portu oriundi & duarum caravellarum (id nauigij genus) quia in prima Columbi nauigatione, in eius classe erant, magistri, suuidentes gloria Columbi adquisita ex hac noui orbis apertione, simulatque in Hispaniam redierunt, sece Columbo oposuerunt, accusantes per eum non stetisse, quo minus non conspecta India in Hispaniam redirentur: sed ab ipsis compulsum ut ultra porro pergeret: eam ob causam Nouis orbis aperte gloriam sibi deberit, non Columbo. Ut verò hec probarent, non defuerunt ipsis testes, quippe omnes quos habuerunt nautes, & illi sanguine iuncti, & ex eadem urbe oriundi. In summa, tantum suis clandestinis consilis effecerunt, vt licet Columbus aperti noui orbis laudem auferret, & Talamarchi officium conquereretur, implicarent tamen illum lite aduersus fiscum*

*filium Regis, quæ tota vita confuditus est, & Dominus Franciscus eius
Filius natu masor, Patri in officio successor, prius vita excessit, quam litia
finem videret.*

3. *Amissa à Columbo Pratoria nave, cui nomen Gallega, plerique
affirmarunt de industria id factum, ut partem suorum in ea Provincia re-
linqueret: ut revera aliquos istuc reliquit. Ouid. Lib. II. Hisp. Ind. cap. 6.*

*G Indi de funebo Hispanorum in suas terras aduentu danonum
oraculis moniti. Prima colonia Hispanorum.*

*Columbus in Hispaniam reserfus
premiss augetur.*

CAPUT VIII.

NIRABILE insulare silli Indi cuiusdam oracula memoria tenebant, inde à patribus traditam, quo vera & futura prædicebantur: Non multis videlicet ab illinc annis venturam in eas barbarem gentem, qua simulacra deorum terra allideret, & filiorum ipsorum sanguinem effunderet. Hoc si certe tum illis venisset in mentem, non tam festo cum triumpho & lætitia aduenientes Hispanos excepissent.

CETERVM quum pateret Columbus unde metallum illud fuluum nancicerentur, illi nutibus, & signis demonstrabant, è quibusdam fluminibus mediterraneis peti, qui ex altissimis montibus decurrent. A fluebat interea quotidie ex omnibus locis noua eius gentis & copiosa multitudo, vt in usitatibus nostrorum hominum barbam gestantium formas cultumq; visserent: fructus, pisces, aurum, panem & alia alimenta, vndeque afferentes: ac simiarum more vestigia, rufisque Christianorum imitantes, quoties hi genua flexerant, flecebant & illi: Christiani reverenter oculos in cœlum susulerant: Indi pariter & ipsi tollebant, denique quidquid ab Hispanis ad recitandum Ave Maria mane & vesperi conuenientibus fieri soleret, itidem ab istis siebat.

COLVMS ipse non mediocri lætitia affectus propter nouas illas repertas terras, auri adeo & argenti feraces, quum Hispaniam repetere & alterius inuenti mundi nuncium ipse Regi ferre cuperet: cum bona Cacici gratia domum coëtili laterculo exstruit. Eo loco duodequadraginta Hispanos relinquit, qui ad redditum suum res insulæ sedulo & accurate explorarent: præmonitos vt in omnibus prudenter & modeste se se gererent. Hac prima domus ab Hispanis in India extructa est: Columbus cum reliquis soluit, inde secum sex

*Indigenes
quam fuisse
semper tanta
aliquid pre-
dicta sibi in-
efficerant.*

*Prima colo-
nie in India
occid. ab His-
panis consti-
tu ta radicem
tam.*

Indos, omnē aurum quod à Cacico acceperat, Psittacos aliquor, Maizi paniculas (quæ vna Indicarum frugum est) & alia Indiae peculia & noua referens. Prospero curfu & incolumibus omnibus in Hispaniam peruenit, praterquam duobus Indis qui in itinere extincti sunt. Appulsum Rex & Regina quam honorificentissime ceperunt, confidere eum coram se iubentes: & in aula quidem Indos ab eo aduectos quod profus nudi essent, mirabundi omnes intuebantur: nec minus ipsi quoque Indi obstupescerant, quum Regem & aulicos vestitos cernerent. Rex vero Columbum insignibus honorum titulis auctum summum Oceani Praefectum designat: (Almirantem vulgo appellant) & ei omnium regiorum ex India reddituum decimam attribuit. Bartholomaeum quoque ipsius fratrem Hispaniolæ insulæ præficit.

Quod de Oraculo illo scribit, ita se habet. Cacici & Bobitij (id est Reguli & Sacerdotes) penes quos antiqua rerum quondam gestarum vel dictarum monumenta a patribus sine literis tradita manent, Christophero Columbo & Hispanis narrabant, Garioniq; Cacici patri & alteri cuidam Regulo cupidinem quondam ortam scierit ande è Zemibut (ide est numinibus suis) quid post sua tempora eventurum fata portendenter. Id porro, ut extorquerent ab Idolis, quinque dies continuos ab omni cibo & potu abstinuisse, tempusq; illud perpetuo in luctu & lacrymis egisse. Ergo his ritè peractis, tandem respondisse Zemes, Quia quam fata in oculio teneri à Diis & futura celari homines satius esset, motuerit tamen se ipsorum religione ut ventura panderent. Itaq; scirent venturam non multos post annos adeam insulam peregrinam gentem: viros vestibus amictos, promissa barba, & gladiis miscantibus accinctos, quibus medium hominem uno iecu secarent, qui vetera Deum simulacra solo alliderent, priscos sacrorum ritus & ceremonias abolerent, liberoseorum vel macilarent, vel libertate sublata in omne scelerum genus corrumperent. Tam horribilis oraculi carmen memoria ut proderent, flebilem quandam canitionem (quam Arezzo vocant) velut elegiam, componerent: eam diebus atris & festis quibusdam tristibus lugubri & querula voce canebant. Ceterum ita postmodum euenero omnia uti praedixerant Zemes, & canebant Sacerdotes: sicut sequentia docebunt.

G Se-

G Secunda Christophori Columbi in Indianam nauigatio. Hispaniola sanguine Hispanorum imbuta. Isabella colonia a Columbus conditur. Indorum aduersus Hispanos tumultus.

C A P V T I X.

C O L V M B V S omnem Regi itineris & rerum ab se gestarum successum exposuerat & præterea gradu ex ea insula facto, amplissimas & dieissimas alias oras aperturum se promiserat. Itaq; Rex trium Liburnicarum & quatuordecim catavellarum classem instrui iubet, & in eam ultra mille ac quingentos homines imponi, maximam partem mechanicarum artium opifices, & quidem earum quæ illi terræ maxime necessariae essent. Columbus præterea equis, boibus, oviibus, suibus, capris, foeminis maribusque ad propagandam eius generis stirpem: deinde hordeo, frumento, leguminibus, & omnis generis plantis ac frugibus, in naueis prouisis & collatis: secum etiam sacerdotes & monachos abduxit, qui gentes illas Christiana religione imbuerent. Postremo rebus omnibus necessariis munitus instructusque anno M. CCCC. XCIIII. die secunda Septembr. è portu Calicio soluit.

COLVMBVS, iam Almirans regius, in Indianam reuagans, multo alacrius quam prius secabat fluctus, quatuor Indos reuehens quos Rex baptisari curauerat: & Canarias insulas præteruectus, paucis magis læuorsum quam priore nauigatione cursu in Africum inflexo, Desideratae insulæ conspectum habuit. Ea prima (uti ante dictum est) illi à Canariis occurrit tellus: sed neque in villam eius oram egressus, neque vlo eius portu tacto magna cum alacritate & Hispaniolæ desiderio ceptum iter persequutus est. Eam vbi classe tenuit, longe alio statu reperit quām reliquerat. quippe omnes Hispanos ab eo depositos Indi ad vnum maectaverant. Almirans euostigio legatis ad Cacicu Guacanarillum millis, Hispani & Latrecum, nunc etiam sui sanguinis subiectum.

D 3 ficia

ficia molientes nactus, veritusq; ne insulam totam aliquando subigerent, omnes ad vnum trucidasset. Sequidem, quum casam Hispanorum conflagrantem vidisset, ad opem ferendam pro officio ac-
,, curuisse. Sed meæ vires (inquit) parum valuerunt: & graui vulnere
,, iactus sum, ut videtis. Simul hæc dicens, etus fascia bombycinæ inuo-
lutum ostendit. Sed hæc simulata omnia & falsa erant, quemadmodum postea Columbus cognovit, Hispanis eo missis, qui fasciis sol-
latis & inspecto Cacici crure, nullum vulneris aut cicatricis vestigium
vidisse se retulerunt. Atque inde illis haud dubia suspicio, Gu-
canarilli consilio atque opera Hispanos interemptos & casam incen-
sam fuisse, quod illi, aurum vi extorquendo, seminas constuprando,
& alia feeda faciendo, nullis verborum ac rerum contumelias in In-
dos parcerent. Plerique Christophoro Columbo suadebant ut hanc
iniuriam vlcisceretur: sed ille veritus ne maius detrimentum accipe-
ret, ut qui vires atque opes indigenarum nondum penitus nosset,
cohibere se maluit & vltionem meliori occasioni seruare.

*Isabella, &c.
Ischia.*

I N T E R E A ē nauibus secundò in eam terram egressus, cum suis principium coloniæ dedit, quam in memoriam Isabellæ reginæ Isabellam vocauit: mox ad Cibau¹ aurarias (is locus est insula vnde aurum effodiebat) arce exstructa munimento valido & ad im-
petus Indorum arcendos idoneo, Bartholomæum fratrem insulae Prä-
fectum relinquit. Ipse tribus caraueillis ad nouas terras vestigandas profectus, Cubæ latus Meridionale, & Iamaicam & alias insulas, aperuit. In aliqua eatum litora exscensu facto, à nonnullis populis æ-
quis oculis visus est: mox inde Hispaniolam repetens, commodum na-
ctus portum S. Nicolai nomine insignem fecit. In eo portu iactis
ancoris Almirans constitit, tum ut suis tempestiuæ quieta refectis,
tum ut caraueillis instauratis, quæ iam omnibus compagibus multa aqua-
m acciperent, mox inde ad delendos Catibas, & exurendos
eorum linters moueret.

*Isabellæ n-
di Hispano-
famam re-
cepserunt.*

S E D tum forte graui morbo correptus, eam expeditionem om-
mittere in præsentia cogitur, & in Isabellam valetudinis causa portari: ybi multos Hispanos vita functos, alios morbis implicitos re-
perit. alii quibus valetudo integra supererat, Bartholomei fratris eius
imperiis parum obedienter acceptis, non paruum tumultum moue-
rant. Cacici præterea aliquot propter iniurias, raptus, homicidia, ra-
pinas, cetera que ab Hispanis multis insulæ partibus perpetrata fla-
gitia facinora que, sumptis armis rebellionem coepit auerant.

QVINETIAM maxima pars Insularium, non tantum inculta ru-
ra, nulla frugum suarum semente facta, reliquerat, sed quidquid eti-
am

am in agris vsui esse poterat, id omne vastarant ac corruperant, vt nundum & sterile solum Hispanis obiicerent sperantes peregrinam gentem, vbi nihil victui donecum reperisset, tandem insula excessuram: immo ipsi quoque adeo quum indignis modis habiti tam miserabilem seruitutem pati non possent, abiecta spe & omnibus vitae solatiis, vulgo inedia scipios necabant. Columbus, sumto à prudentia consilio, in omnes Hispanos seditionum autores & scelerum compertos ultimo supplicio animaduerit & Cacicós ipsos quacumq; opere potuit reconciliare sibi studuit. Ex ea seueritate, tantum Hispanorum in Almirantem odium ortum est, vt quum eorum flagitiis & latrociniis indulgere nollet, ne nomen quidem eius aequo animo ferrent. Quae ex te factum est? vt multi de eo & fratre eius ad Regem dira & atrocias scriberent, itaque Columbus simulac conualuit, in Hispaniam regressus est.

1. Antequam ea classis solueret è portu, Catholici Reges Cursum Romanum ablegarunt, qui suis legatis, eō profectis ut Pontificem Alexandrum VI. salutarent, Relationem exhiberet earum Prouinciarum recens inuentarum: ea videlicet de causa, vt in sirore titulo, animi cogitationes in actum deducere possent, nempe ut promouerent fidem Catholicam. Pontifex hac intelligens, proprio motu & speciali autoritate dedit Regibus Catholicis & ipsorum successoribus quascunque Prouincias inuenire possunt in India Occidentali, ducta pro limite a polo ad polum per diametrum linea centum leucie ultra insulas Acoras, & totidem à Gorgadibus, qua vulgo de Capo verde cognominantur. Vnusquisque orbem secabat hac linea, & diuidebat ea qua erant occupanda à Regibus Lusitania & Castella, ut quidquid ultralineam comprehendetur versus occidentem, Regibus Castella cederet, modo non possideretur ab ullo alio Principe Christiano, & quidquid eius linea est, Lusitanis. Deinde, pactis fatis Anno m. cccccxciiii: inter Lusitania Regem Joannem eius nominis II. & Regem Castella Ferdinandum linea translatâ fuit trecentis septuaginta leucie ulterius versus Occidentem. Sed & alia controversons suborta inter predictos Reges de Moluccis Insulis Aromatum causa, quanondum decisa est. Oviedus lib. ii. Historia Indica: & Gomara Historia Generalis cap. xcix. & subsequentibus.

2. Triginta octo illi Hispani a Christophoro Columbo in Hispaniola relicti sub prefectura Centurionis Roderici de Brana & sub Magistro quodam Joanne, nobili Chedrurgo, maxima ex parte nauta erant, male educati & vilis animi homines. Eam ob causam, statim à Columbi discressi singuli (vt postea Columbo ipso Incole retulerunt) eorum qui alij alij substituti erant, si quid primi humanitas accidisset, imperare volebant;

lebant : itaq; inter se dimisi, bini aut terni simul iuncti per insulam vagari eaperunt, vim inferentes mulieribus & virginibus, & in summa licentia viuentes. Indi initio eorum facinora perpesti sunt, quamdiu videbunt eos coniunctos: sed per insulam deinde dispersos omnes trucidarunt.

3. Dissimile sunt totius Hispaniola Insule metalla, apud flumen Giamico. Propugnaculum istuc extructum nomen à D. Thoma accepit, quia qui primi venam aperuerunt, puri auri granata in ea inuenierunt. Eius rei rumore ad reliquorum Hispanorum aures perlato, fidem non adhibuerunt, donec oculis conspicerent & manibus tractarent. Indi porro ante Hispanorum aduentum istas venas ita contemnebant, ut nisi aurum supra terram parsum inuenirent, non dignarentur, ad illud inquirendum, terram vertere.

4. Inter reliquias calamitates quibus afflitti fuere Christiani, dum Christophorus nouas regiones inuestigat, prima fuit quatuor nauium, amissio secundum Insulam Isabellam, inter quas fuit pratoria anno XCIII deinde, cum urbem Isabellam condere eaperunt. Indi indignati se tales habere vicinos, qui istuc sedes velle figere videbantur, rem aggressi sunt admirandam nec ante audierat, ut illos istinc abigerent. Nam satiationem solitam intermisserunt, & absumpto suo Mayzo, iucca (genere plantæ illis in cibo vulgari) se sustentabant, atq; desertare regione à Christians habitata, in intimam Insulam secesserunt. Hispani non animaduerterunt quamduo ammonia abundarunt: sed illa absumpta, dum inter Indos requirere coguntur, mirati sunt sensibil inuenire. Vnde factum ut miseri Hispani Isabelle & D. Thoma urbium incola paulatim rabe scentes, media & famemorentur. Adhuc paſſim in agris iacebant, Indorum fame extintorum cadavera, quorum fatore aer infectus pestem generauit, quam maximus numerus fuit sublatus. Accessere praterales venerea, & alij morbi incurabiles ex usu male succi ciborum. Magnum errorem adferunt primi illi Hispani, quod Incolarum animos sibi non conciliaverint, antequam eorum regionem sibi subiicerent: multo enim felicius rem gefessent.

5. Supplicium quo Columbus Hispanos affectis, prorsertim Casparem Feri, Arragonum, quem cruci affigi insit, reliquos ita irritauit, ut monachus quidam Buil nomine, ordinis Benedicti, è Catalonia oriundus, eō missus cum aliis ut Indos ad fidem Christianam conuerterent, eius rei causa, sacris interdiceret, & Columbum fulmine etiam feriret. Columbus contra vetuit ne quid ex suo penu huic monacho & reliquis eius sodalibus, neque etiam sacerdotibus subministraretur. Petrus Margarita D. Thoma Prefectus, atque alij Nobiles vari istuc præsentem rem compone, studuerunt sed ad tempus dunt axat hac conciliatio durauit. Nam simul

similatq; Columbus in Hispanum aliquem iuridicē agere volebat, opponebat se hic monachus, & Columbum a sacris arcebat: Columbus vero monachum à cibo. Reges Catholici ista intelligentes, eō ablegarunt Nobilem quendam virum Ioannem Agnatum regis literis suffultum, quibus utramq; partem in Hispaniam euocabat. Ouidius lib. II. cap. 13.

In usitata vi turbinum in Hispaniola. Eius mali causam Indi Hispanorum sceleribus & flagitiis tribuunt. Columbus Hispaniam repetit. Hispanorum ab ipsius fratre secesso, & scelera.

De eos dies mitabilis & prodigiosus quidam casus in illis terris interuenit, quem quia consideratione dignus est, non prætermittam. Nonnulli existimabant humani generis hostem, quoniam sibi cripi è faucibus iot animas, que per Baptismum seruanda essent, ægrè ferret, tantos turbinum furores, procellasque emisisse. Alij discordias seditionesque ex Indicis spoliis & opibus erupturas, ostento portendi arbitrabantur. Vulgi fermè opinio hæc erat, signo Crucis, quod in vexillum salutis creatum ibi fuerat, ex illis infulis violenter ciici, & earum gentium diutina velut possessione detrahi tartareos spiritus, quos per tot artates bruti illi homides pro patronis suis & numinibus coluerant. Itaque dum præcipiti fuga ruerent, cantas strages & portenta edidisse.

PORRO casus eiusmodi fuit. Ab ortu tanta ventorum rabies coorta est, qualem nunquam antea Insulares se vidisse aut audiuisse meminerant: in primis vehementissimus quidam Typhon, (quem Hispani Furacanum appellant) tanto impetu irruit, ut cœlum simul ac terras rapere secum & miscere velle videtur. Omnes improviso malo attoniti præsentem mortem imminere sibi ante oculos, confundi elementa, & finem rerum adesse, vulgo pauidi credebant. Tum vero ingenti sono cœlum strepere, & inter horrendos tonitruum fragores cerebri micare ignes, aer incendi fulguribus: nox interdiu omnibus noctibus nigror densiorq; adeo ut per obscurum alias alii occursantes, mutuo intueri non possent. Errabundos homines, defixis præ formidine animis & lymphatis similes per vias perque auias discurrere passim ac petuagari cerneres. Tanta vi interea furentium & horrendo cum stridore colluctantium ventorum, ut iis ab radicibus crutæ arbores, & auulsa montibus faxa magno cum fragore in planum prociderent: & ea ruina ingenti villarum

mapaliumq; strage facta, multos mortales opprimeret. Solidas vero etiam cum incolis domus furiosi illi turbines sublimè correptas & absorptas dissipauere. Quib. ex malis grauis vndiq; earum gentiū planctus & moesti clamores exaudiēbantur : paucis horis ingentia detrimenta accepta, vt ne tres quidem naues quæ ad portū securæ in ancore stabant, eius calamitatis immunes essent. Ancoris n. ipfis, quamquæ robustis, fractis, & anchoralib. firmis nouisq; truncatis cū omniab. nauticis profundo mersæ sunt. Indi complures speluncis abditi discrimen effugerunt: inde tamen rei tam nouæ prodigio perculsi adeo & conternati eterperunt, vt vix animam reciprocare aut quidquam proloqui possent, adeo vocem inusitatus pauor incluserat. Sed vt se ex tanto terrore collegerunt insulares isti, longe aliter ea de re inter se disceptantes sentiebant ac Christiani. Quippe eius clavis causam flagitiosis fœdisque Hispanorum exemplis assignantes, cœlum infestum in eos ruere, & è suis terris illos ciēcere velic dicebant. Sed hæc nevera fuerit eius rei causa, an alia quæpiam, sapientiorum potius quam meo vel illorum iudiciis existimandum delego.

*Todi de celo
mirata causa
fi roris
quam illa
madravat.*

Q V I N Q U E ab illinc annis duæ alia eiusmodi procellæ incidentunt, sed vltima inter paucas memorabilis, totam insulam mirabiliter conterruit. Quippe omnibus fermè satis stragem intulit, maximam partem ædificiorum & torcularia fæcarea cuerit: armenta quoque propè omnia & greges fœdè interemit. Etiam Hispani fame petulitabantur, ni Deus eorum misericors naues ex Hispania opportunè adduxisset, quæ farinam, nauticos panes, & ceteros comætus abundè subueherent.

C E T E R U M Almirans priore illo turbine fractas Celoces templo refici iubet, quum eius rei peritos artifices multos & omnis generis fabros haberet: moxq; vt illæ instauratæ sunt, ipse quâ strage illa ventorum, quâ Indorum clade stupefactus & confusus, vela in Hispaniam fecit. Quòd quum secundo cursu peruenisset, è Calicio portu per dispositos equos in Regiam profectus, Regi nouas ab se repertas terras exposuit, aurum & alia rara obtulit: & narratis quæ in Hispaniola acciderant, iudicia quoque & processus Hispanorum in quos legibus egerat, exhibuit: simul malignas obrectatorum in se calumnias & falso obiecta crimina diluens. Rex Columbi fide satis comperta, quod tantum auri aduixerat, vt aliquot etiam pala librales esent, deinde ex commentariis quæ attuleratactorum eius integritate spectata & probata, cum vltro consolatus gratias quoque pro tantis eius in se meritis atque officiis egit: monuit tamen ut in posterum, pecunarum acerbitate remissa, cum Hispanis, qui tam longinquas

ginqwas terras sui obsequii causa peterent, paulo mitius ageret.

Mox duodecim caraellas armari iuber, easque omni gener
re commecatus instructas Columbo ad nouam expeditionem atti
buit. Ipse confessim duo ex ea classe nauigia ad Hispaniolam rectâ
tendere iuber, & vt fratrem suum adeant edicit. Illa quum prospero
cursu eò peruenissent, fortè ad Occidentalem insulæ partem appu
lerunt, vbi tum agebat Roldanus quidam Ximenez: quem ex vili &
obscura persona Iuridicalem prætorem designatum, Columbus ex
tulerat. Sed istum multis Hispanis in partes tractis, secessionem fe
cerat: quum arrogantia contumaci Præfeti imperium exuisset, quo
licentius omnibus legum solitus latrocinia & quælibet fla
gitia per Insulam exerceret: quod Præfectus pati non sustinuerit. Is
appulsis eò vbi tum casu erat duobus illis nauigiis, Hispanos qui in
iis erant conuenit, solicitat, & Insularium opes obuias parataisque
ostentans, docet, si secum facere vellent, liberrimè omnia barbaro
rum mapalia peruagaturos, atque inde, nullo impediente, egesto
auro ac rerum preciosissimis breui ditissimoseusuros. Qua spe la
befactatos facile impellit ut omnem fortunæ ac rerum sortem cum
eo miscere vellent. In primis ergo commecatu quem naues attule
rant, audius ipse ac ceteri se explent: inde prædabundo agmine ins
ulam peruagantes, promiscua licentia spoliare, verberare, occide
re: denique nullum genus sceleris, libidinis, auaritiae, in indigenas
prætermittere.

*Stolidorum
& crudelium
Bellorum in
Hispanis
testamenta.*

Cacicus quidam, Garionexius nomine, quum ditionem su
am omni belli clade à Christianis vii & res suas tuorum que ante o
culos suos ferri agi que videret, junctis cum alio Cacico (Marabone
sum vocabant) viribus, defendere se ab eorum iniuriis & latrociis
statuit. Itaque saepe cum Indorum manu, quos in societatem ad
sciuerat, è montibus in plana degressus, vbi Hispani stati
ua habebant: quo sunque ex eis capere pote
rant ipse ac socii, barbara rabie ex
carnificantes frustillatim
discerpebant.

*¶ Columbus tertio in Indiam nauigat. Cubaguam insulam
Vnionum detegit. Frustra Hispanorum seditiones
componere laborat. Indosper-
duelles domat.*

C A P V T X I.

Columbi
tertia in In-
diā expedi-
tio.

Columba
tertia in In-
diā expedi-
tio.



V m hi tumultus in Hispaniola agitantur, Almirans ē portu S. Lucari soluens cum reliqua classe, anno M.
c ccc. xc viii, vigesima octaua Maii, cursum in Ma-
deram direxit. Ea vna est ex septem Lusitanorum in-
sulis quas illi Azorias appellant. Illic autem nauiga-
re multo tuitus duxit, tum quia bellum tempus erat, tum maxime
propter piratas Gallos, qui iam fama Indicarum opum exciti, pra-
dandi spe maria illa infestabant. Inde præmissis recto cursu ad Hispani-
olam sex carauallis, ipse trib. reliquis versus Caput-viride seu Gor-
gades insulas deflectens, propius Äquinoctialem lineam iter suum
direxit, & in ea nauigatione multis malis conflictatus est, tum
ob maris malacias, tum ob immodicos ardores, quos mense Iunio
media æstas intenderat. Vix tandem quum Indiam attigisset, sinum
Patiensem ingressus in Cubaguam appulit, quam ipse Perlarum in-
sulam nuncupauit. Cuius nominis origo hæc fuit. Almirans quum
cum sinum nauibus percurreret, forte quibusdam Indis qui ē lntre
piscarentur conspectis ē nautis suis aliquot scapha proprius ad eos ac-
cedere iubet, & sciscitari quinam ii homines essent, & quas terras in-
colerent. Nautæ raptim lntrem assequuti & in eum transgressi, Indis
se se adiungunt atq; illi nil conspectu tunc primum à se visorum ho-
minum conterriti, eos etiam, vt pulcros viros, summa cum volupta-
te aspectabant. Hispani ostreas in pescatorio illo lntre conspicunt:
quas, edulcis esserati, quum aperuissent, plenas vnionibus reperi-
unt, vnde maior illis lætitia orta est: Peruenerant ad littus: ibi in ter-
ram egressi, mulieres Indicas vniones pulcerrimos collo & brachi-
is gestantes conspicunt: & illos quidem ei genti adeo viles, vt in
vulgaribus & quotidianis feminarum ornamentis simpliciter ha-
berent. Siquidem pro catino fictili, & eo quidem fracto, quem nau-
ta Hispanus Indicæ mulieri dedit, ea illum contra quatuor margari-
tarū sertis seu lineis munera est. Ille munere latus & diues ad naues
rediit, omnib. vniones suos ostentans. Qua ex re incredibili volupta-
te affectus Almirans, clara voce ceteras naues circumuechitur, & so-
cios affatus: Nos, inquit, ad ditissimam mundi oram appulimus.

INDE

INDE propius terræ succedens, Cumanæ fluminis ostium inuenitus est. Indigenæ quum viderent caraellas, tantæ molis opera & tam affabre facta, deinde barbatorum hominum inusitatam speciem demirantes, inter se vulgo dicebant: *Quinam aut unde sunt homines? Superne, an ex aqua?* Mox quibuscumq; sciebant aut posterant nutibus ac signis, per legatos ab Almirante contendunt ut in ealitora egressus, cum iporum Cacico congredi velit & sui copiam faciat: quippe illum eius videndi ac cognoscendi audum esse. His auditis Columbus: et si omnia benevolentia signa atque indicia præse ferrent, dolli tamen aliquid subesse suspicatus, in terram egredi metuebat. Id postquam deprehenderunt Indi, multi eorum caraellas ingressi, Almirantis potestati semetiplos ultro permiserunt, puram omninitio ac sinceram amicitiam demonstrantes: neque nauigia tantum ipsa, velut diuinæ potius quam humane artis opera, intuebantur: sed ad omnia armamenta, ancoras, vela, ancoralia, & singula nauium instrumenta, defixis præ admiratione animis obstupescabant.

ALMIRANS verò ipsos postquam omni comitate exceperat, abeentes quoq; cultellis, speculis, & tintinnabulis, cæterisque eiusdemodi minimi precii rebus muneratus, quam accuratissimè potuit sciscitando exsequutus est, vndeñiam hæc baccatum & margaritarum decora pelerent. Illi oram maritimam que Cubaguam spectaret signis indicabant, ibi se coticias vñionum feraces pescari. Itaque Almirans Hispanos aliquot egredi in terram iubet: eos Cacicus domum suam in uitatos vino epulisque more patrio apparatis, quamquam spurcis, hilariter excipit, quumq; ab illis vñiones experti inteligeret, dat magna copia, vt qui illis abundaret, nec pluris ea faceret quam apud nos fiunt globuli illi vitrei, quos præcatorios vocant. Hispani tantis diuitiis expleti, ad itaues redeunt: Almirans mirificè eo commercio contentus inde soluit & Veli-caput circumuectus, mox traeçto mari breui in Hispaniolam appulit, vbi magnos motus & seditionum turbas inuenit.

IPS E vt omnia componeret, scriptis ad Roldanum Ximenem secessionis autorem litteris, monet hominem ut sub imperium præfecti voletis redeat, neu delinquere perget & prauis exemplis Indos ipsos atterere. Quippe non his factis neq; ea via sperandum esse, vt illi ad fidem nostram adduci possent: neq; amplissimam illam Alexandri V I. pontificis bullam que Regibus Catholicis ditioni sua adiucere eas terras permiserit, eo spectare ut nouæ illæ gentes indigitis modis habeantur: imò potius ut benignitate & honestis exem-

*Columbus
fratres sedi-
tionis et Bi-
gavu occi-
tates compo-
nere misere*

plis allicantur ad amplectendam sanctam fidem Christi seruatoris & redemptoris nostri.

*Colonnae
Roldani in
Colombie
fratre.*

Hæc Almirantis monita & preces aspernatus Roldanus, sc̄ctæ caput ac principem se getere perseuerauit: mox etiam Bartholomæi Insulae præfecti actiones apud Regem per litteras criminatus est, saeuitiam ei & tyrannicum imperium obiectans, qui videlicet minimis & leuissimis de causis homines in patibulum ageret: imo præfectos omnes illos suos, ambitiosos & superbos esse: neque se ab illis secessionem fecisse, nisi postquam eos tyrannos, satuos, & sanguinis humani audios expertus esset. Postremò Regem quoq; ipsum tandem aliquando re ipsa cognitum, sue Maiestatis & dignitatis inimicum esse Almirantem, idq; vnum moliri ut Insularum imperium occupet. Et iam aurisodinis folos eius familiares & clientes præesse: ceteris omnibus obsecptum esse & clausum earum aditum. Iudicia ipsa pro libidine & gratia, non iure & æquitate, ab his exerceri. Ad hæc Almitantem quoque de reperta Vnionum insula Regem quantum in se esset, celasse, ut clandestina præda solus ipse frueretur, & circumuento per paectum aliquod Rege, ditissimam illam insulam sibi vni seponeret.

ALMIRANS quoque ipse contrà litteras ad Regem componebat, pessimam sceleratorum istorum & flagitiosorum hominum mentem & vitam exponit. Quippe istis nihil profutus pensiebat, nisi ut quotidianis latrociniis, feminarum stupris & omni scelerum genere, libidinem, saeuitiam & auaritiam explebat: perduellionis quoque ac prodigionis reos omni Dei metu ac pudore posito, per omnē insulam latronum instar vagari. Postremò duas caraellas quæ ad fratrem suum Bartholomæum ex Hispania missæ essent, cum omni commeatu, auertisse, ac pelleat in suam societatem nauium illatum hominibus, rapiendo & infanda omnia perpetrando certare. Ac tam fœdis facinoribus commotos multos Insulæ Regulos cum maximo omnium damno defecisse, eosq; etiam num pro commissis peccata metuentes, si sub imperium redirent, pergere in insania & solutos iugo viuere.

*Colombus
Iudei præde-
cessor, & sub
imperio redi-
xerat, cit-
menta de-
bet.*

DVM hæc vtrinque crimina & accusations in Hispaniam mittuntur, Almirans fratrem cum octoginta Hispanis, in his equitibus aliquot, mittit aduersus Cacicos perduelles. Illi sex milia armatorum & amplius in acie habebant: sed ubi ad manus ventum est, violento equorum impetu conterriti, & fusi, in densissimas sylvas se abdidenterunt. Pugnatum deinde est aliquoties cum Gariñexio & quatuor aliis Cacicis: sed breui profligatis omnibus eorum copiis,

copis, Cacici montes fuga petunt: mox tamen capti omnes in Admirantis potestatem venere. Porro quum proinsterent se amicitiam ipsius colentes sub Hispaniae regis imperio futuros, tum ut clementiam erga eos suam commendaret, tum ne iniuriarum quas ab Hispanis accepissent, autorem ipsum fuisse existimarent, benignè illos in fidem & gratiam recepit, & rebus nostris doqatos, in ditionem quemque suam remisit.

1. *Detectus ab Almirante Christophoro Columbo metallicis Provincia Cibao venis, animaduertens Indos colligentes in fluminibus aurum magnis cum ceremoniis: licentiam Christiane auri colligends non dabat, nisi primum peccata confessi essent, & ad sacram synaxin accessissent. Siebat enim, si Indi tamet si barbari tali cum deuotione ad auri grumos querendos proficisebantur, ut etiam viginti diebus à suarum coniugum amplexibus ante abstinerent & ieiunium semacerarent, affirmabant enim si cum coniugib[us] semisuffrissent, nullum aurum inuenire: equum esse ut Christians ab alienis uxoribus abstinerent, & se ad sanctimoniam pararent: Deo enim reconciliatos, aquatis & securius bona temporalia & spiritualia adquisitos. Verum tam exalta sanctimonias plerique Hispanis non placebat, atque dicebant, ad uxores quod attimeret, longius ab illis se esse semotos quam Indi essent, se enim suae in Hispania reliquise: multos etiam sapienti ieiunare quam vellent, quandoquidem interdum extrema media premerentur, & radicibus silvestribusq[ue] fructibus per agros quasi sis vestigierentur. Confessionem dunt axat semel in anno, videlicet ad Paschatis festum esse mandatam: maximam tamen eorum partem sapienti peccata confiteri. Nam oblitus tamen Admirans nemini concedebat ad venas auri profectionem, nisi iis qui peccata essent confessi & sacram synaxis sumpsisserent, & reliquos castigabat qui sine eius venia metallicas venas adibant. Itaque mirum non est si Hispani illi, ipsi indignabantur.*

Gonzal. Ovied.lib.5. cap.11.

2. *Hac fuit una ex precipuis accusationibus (seu potius calumnia) qua ab inuidis Admiranti Columbo fuerunt intentatae. Sed qui nullo praeditio occupati, & secundum veritatem indicant, aiunt Admiralem, simulac istam Insulam detectiss, illico nobilem virum Arroial ablegasse ad Reges Catholicos, qui hac illi nunciaret, & simul illis offerret specimen primarum margaritarum quas isti habuisset. Nam, quam verisimile est illum Reges celare voluisse tantas diuersas quas omnium conspectu fuerant detecte, etiam conscientia nautica hominum turba, quia omnia effusire solet? Ab his enim hominibus originem sumpsi calumnia: quia cum Hispani circuerit tria margaritarum tum crassiorum tum minusarum à Cubaque*

Cubague incolis redemissent, permutatione quarundam nolarum, & aliarum viliis pretij mercium facta, Almirans metuens ne Hispani his illecebris capti, unde distracti non possent, diutius istuc burere noluat. Non nulli ex eorum numero qui uniones redemerant, in Hispaniam redeuntes, statim publicarunt eius Prouincia opulentiam, qua fama multos excitauit ut eam adirent: atq; etiam quibusdam inuidis ansam prabuit calumniandi Almirantem, quod aduentu nautarum qui ipsum in ea navigatione comitatierant, & quorundam peculiarium litteris prius ista essent intellecta in Hispania quam ex ipsis Almirantis ad Regem litteris. Sed mera erat inuidia, que omnes Columbi actiones peruertere satagebat, licet ipsa veritas ab eo staret. Gonz. al. Outed. lib. 3. cap. 6. Histor. Nat. & lib. 9. cap. 1.

3. Tum temporis in Hispaniola Insula quinque præcipui erant Cacici sine Reguli, quibus reliqui minores parebant. Horum nomina Guarionex, Bebeccio, Goakanagari, Caiagoa, Caonabo. Primus occupabat planitiem in mediterraneo Insule, septuaginta aut amplius leueas patentem. Bebeccio Occidentalem Insule partem posidebat, & Sciaragna Provinciam.

Goakanagori, sive Guacanarillo (sic enim noster Auctor appellat) Dominus erat Borealis Insule partis: atque in eius regionem primam navigatione Almirans appulit, & tringita octo Hispanos reliquit.

Caiagoa posidebat Orientalem Insule partem, usque ad locum in quo S. Dominici urbs fuit extructa, & Flumen Aina, ab altero latere eius possesto extendebatur ad ostia Fl. Iuna. Hic obiit paulo post quam Hispani bellum aduersus eum mouissent. Et succedit in Imperio ipsis uxor, qua Christianam religionem amplexa est, & Agnes de Caonabo nominata.

Rex Caonabo montana occupabat, & potens erat. Habet Cacicum quendam cui nomen Vsmatez, Regni vicarium, & Polemarchum, virum strenuum, & qui suos milites adeo animosos reddiderat, ut neque vicinos Cacicós, neque reliquos Insula habitatores metuerent. Nam interdum exoriebatur inter illos bellum, tres tamen dunt axat ob causas, nimisrum vel limitum iurisdictionum causa, aut pescationis, aut cum alterum Insularum Caribes, ipsis bellum inferebant, sed tum ut cunque essent discordes Cacici, denuso reconcilabantur, ut iunctis viribus peregrinum hostem expellerent. Gonz. al. lib. 3. cap. 4.

Quantum ad bellum quod cum Christianis gesserunt, ortum id est, quia Christophorus Columbus arcem nomine Diu Thome dictam extruxi curarat apud venas metallicas Cibao: cui præfecratus Alphonsum Flores cum quinquaginta Hispanis, cum ut venas tueresur, sum ut nomen

nomen Christianis adquireret inter barbaras illas nationes. Sed simul atq; intellecerunt Almirantem in Hispaniam denuo proscutum, Indi arma sumpserunt, præfertim Caonabo qui eam Provinciam possebat, & agere cerebat Hispanos adeo sibi vicinos, & ita oberrantes, libidineq; & omnibus sceleribus per insulam gravantes. Collegit igitur ad quinq; aut sex hominum milia, atque inter reliquos, multos sagittarios, Septentrionalis Insule partis tumulos; ea voluntate ut arcem obsidione cingaret, flaminis vastaret aut omnino dirueret, in ultionem scelerum ab Hispanis commissorum in subditorum suorum coniuges & filias: existimans se non minus facile istos oppressurum, quam Goacanagariocto & triconta illos Hispanos, quos Almirans primæ navigatione iussi reliquerat. Obsedit ergo arcem mensis unius spatio tam arctè, ut neminem obsessorum egredi pateretur. Sed Praefectus Hoiada prudentior & magis vafer Caonabo, animaduertebat non vi agendum esse cum ipsis hominibus furentibus, sed temporis mora illorum furorem infringendum & bilem sedandam. Ea de causa, diuturna aliquot mensum, obsidione domandas censuit, leui eruptione interdum in illos facta, ad vires illorum pericitandam.

Tandem ut illos falleret, simulauit se viribus diffidere, & pacem cum illis inire velle: atque eadem opera, aliorum Indorum amicorum ministerio per hostis castra rumorem dissipari iussit Almirantem Christopherorum advenire cum magno Hispanorum militum numero, ut obsidione arcem liberaret. Is rumor Indos iam remissores efficit ut ipsi cum suo Rege Caonabo faciliter inclinarent ad pacem: tametsi alij Cacici disuaderent, pollicerenturq; & milites & facultates ad exigendos ex Insula Hispanos. Grauis ergo fuit eius error, quem consequta est etiam ipsius ruma. Nam sub praetextu fides quam illi Hoiada sanctè iurauit, se in arcem cum primariis tribunis pertrahi sicut Hispanus autem iam illum in sua potestate habens, causas praetexuit cur eum non dimitteret, sed pro vaude retinere vellet.

Fratrem habebat hic Caonabo virum strenuum & Indi charum, qui fratrem vi liberare cupiens, & tot Christianos se capere posse existimans, quorum permutatione ipsum & eos qui cum fratre capiti detinebantur, redimere posset: collegit ad septem milia sagittariorum, quos in quinq; acies distribuit, & D. Thome arcem denuo obsidione cinxit. Acciperat tum Hoiada aliquot equitum subsidium à Bartholomeo Columbo, sic ut circiter trecentorum hominum numerum confiscare posset. Parua bac manu tanto impetu in Indos irruit, ut illos facile profligaret: nam cum nunquam tale pugna genue experti essent, neque equites pyxidibus igniuomis aut lanceis armatos confixissent, attomiti sunt ista equum agilitate

agititate per medias ipsorum cohortes ruerentur & eos cadentium, neque resistere potuerunt, capto etiam Caonabo fratre.

His audiis Bartholomaeus Columbus, statuit consultum fore, si Caonabo cum fratre & aliquo alio Insulae primariis in Hispaniam ablegaret: sic enim reputabat, ipsos istuc in insula captiuos detinere, neque decorum, neque suo statui commodum futurum; & deterius adhuc fore si illos liberaret: nam Caonabo unum ex primariis & potentioribus insula Cacicis sine Regulis esse, & quamdui viueret, in Hispaniola insula nuncquam bellum defuturum. Itaq; statuit illos imponere in bimac naues caravelas dictas, que anchoris formata omnino parata erant ut velis subtatis in Hispaniam cursum tenerent.

Sed ubi Caonabo atque eius frater intellexerunt in Hispaniam ad Regem Catholicum mittendos, tantus moror eorum animos occupauit, ut frater moreretur decem aut duodecim diebus ante quam naues soluerent: & ipse Caonabo brevi subsequeretur. Nam nauis impositum marore etiam contabuit ante quam in Hispaniam perueniret. Hac ratione totam eius prouinciam Hispani pacificè occuparunt: & Caonabi uxori Ana Caona nuncupata, acris pro India, ingenij, discedens ex mariti prouincia, in Sciaragua regionem ab ipsis fratrem Cacico, cui nomen Beheccio possitam se contulit: apud quem summo in honore habita est. Postea Gubernator Nicolaus Onapdes anno M. D. IIII. illi gulam laqueo frangi iussit, qui cum aliis quadraginta Cacicis in necem (ut aiebant) consiprasset omnium Christianorum qui in Prouincia Sciaragua commorabantur.

Eodem sere quo Caonabo D. Thome arcem obfitione premebat tempore, Cacicus Guarionex reliquos Insula Cacicis conuocat & ad quindecim aut amplius Indorum milium exercitum cogit, ut Christianos qui cum Bartholomao Columbo erant, opprimeret: nulla enim ratione ferre volebant, ut Christiani pedem figerent in Insula, vel metuense rerum statum ab illis immutatum iri, vel indignè ferentes suos ritus & ceremonias palam ab Hispanis ludibrio haberi. Animaduertebant praterea commodiorem occasionem, quam istam, se offerre non posse. Nam pauci in Insula restabant, maxima eorum parte aut morbis aut laboribus quos pertulerant absumpta. Deinde brevi expectabatur Almirans Columbus qui in Hispaniam nauigauerat, ut supplementum milium adduceret. Itaq; rebus Christianorum ita afflicti, atque illo absente, eos opprimendos esse censebant.

Bartholomaeus Columbus his intellectis, censuit non esse expeditandum, donec hi Cacici Isabellam obfessum ventrent: sed ut Dux strenuus, eductis suis militisibus ipse hosti obuiam procedist, nullo loco quiescens doc-

nec

nec proximus illis fieret. Cum vero milites quos ducebat quingentorum numerum non excederent, & plerique aduersa valetudine afflitti essent, astu potius quam ut cum hoste agendum estimauit. Animaduertens itaque hostes metu solutos, nullas ex iubias circum exercitum collocaisse, numquam enim perirent Columbum noctu eos adoritum: ista occasione usus est. Suos itaque paratos esse iubens, primis tenebris mouit, & nocte intempesta ad Barbarorum castra perueniens, facta duobus è lateribus impressione ea adoritur: illi altum dormientes strepitū excitantur, fugans capessunt: velocissimi quique noctis & tenebrarum beneficio periculum evadunt, plurimi concisi, maxima pars capta: E captiuorum numero fuerunt ipse Guarionex, cum quatuordecim aliis Cacicis. Hac victoria constigit circa locum illum in quo postea extrellum oppidulum Benos: tantumq; nomen hac Victoria per eam insulam adquisierunt Hispani, ut incoleas eo tempore depositis armis, Hispani se subiicerent. Verum quidem eam gentem, totius India occidentalis maximè imbellem fuisse. Eam ob causam animum statim abiecerunt. Ometaca autem Brasilia, aut Caribes Veragua, non tam citio domiti sussent.

Post victoram, Bartholomeus Columbus existimans se commodam occasionem natum, ad firmandam perpetuam pacem inter Indos & Christianos, Guarionecem & alios Cacicis liberos dimisit cum maximè tolerabilibus conditionibus. Ita ut iste Guarionex Hispanos postea semper humaniter exciperet, quotiescumq; per ipsius ditionem iter facere contingeret. Quidam negant hunc Cacicem pralio interfuisse: sed suum vicarium, Cacicum Maibaneccum missero, qui captus fuerit: eodem autem bello Guarionecis uxorem captam etiam fuisse: cuius redimenda causa ipse Guarionex pacem cum Hispanis facturus aduenierit. Sunt etiam quidicant, hac omnia à Bartholomeo Columbo confecta absente fratre. Alij, è quorum numero noster Auctor, ipsum Almirantem praesentem fuisse affirmant, atq; auctiorem fuisse ut Cacici humani tractarentur. Gonz. Oviedus lib. 3. cap. 1.

& 2. Comara sua Historia

cap. 22.

Columbus inimicorum calumniis honore deticitur. Bambadilla ei succedit. Hic in Hispaniam reuertens, coorta tempestate, cum multo auro mergitur.

C A P V T X I I .

VVM toti in eo essent Almirans & eius frater vt Regulos & rebelles populos in Regis fidem reducerent, eodem tempore literatum ipsius Almirantis, tum Roldani in Hispaniam perueniunt: quæres non mediocri dolore Regem ac Reginam affecit, quum res Hispaniolæ adeo turbatas & miserum insulæ statum intelligerent. Iam in Aula sparsum rumor auri inter nobiles, & vulgatae opes quasingenti copia flumina ipsa vltro funderent, omnes auaritia incenderant. Nemo erat ex ipsis quin talem Præfeturam obtinere ardenterissime appeteret: nemini tamen ad id petendum satis audentiæ erat, propter ingentem opinionem quam de Almirante Rex & Reginæ habebant. Itaque alia via grassari, & optata ad eum finem cui inhiabant perducere instituunt. Ergo isti Nobiles per omnem Aulam spargunt Columbum & eius fratrem, iam partis opibus qua priuatum modum excederent, Insulas usurpare velle, & nuper repertæ oræ omnis principatum inuadere. Idque non obscuris manare indicis, quantum ex multorum & quidem dignorum fide hominum literis colligi posset: tum videlicet ex ipsa auri effodiendi ratione, tum quod ex eo pauculum in Hispaniam mitterent. Adhæc, quod multò peius esset, quum Hispanos paulatim specioso prætextu alium alia de causa tollerent, quorsum id spectare, nisi vt iis de medio amotis, soli sine arbitris destinata sua facilius perficerent? Hæc & similia frequentibus usurris ac rumotibus per Aulam adeo increbuerunt, vt ad aures usque Regis ac Reginæ deferrentur: nec deerant interea æmuli qui hæc occultis flabellis in Regum animis accenderent, quo grauior criminantium esset autoritas.

Rex ipse, ne quæ ad status sui detrimentum spectarent, lentius accipere videretur, totius rei veritatem cognoscere & Prætorem eò mittere instituit, qui quereret cur tantum auri allatum non esset quantum se missurum promisisset Almirans. Cuius profecto intermissæ pensionis non alia causa erat, quam quod inter domesticas discordias, & sociorum defectiones atque inde exorta bella, aurum effodi non potuerat.

His

His ita constitutis, Rex nouo Insulæ præfecto Francisco Bombadilla designato, quæstionem de intestinis dissidiis decernit, & de causis discordiarum Columbi & Roldani cognoscere iussum, amplaque autoritate & potestate imperii instructum mittit. Is cum hac commissione & mandato Regio è Calicio portu anno M. C. C. C. C. X. quatuor caraellarum clæste instructa soluens, in Hispaniolam traecit. Almirans & Bartholomæus frater, noui Præfecti appulsi audito, ad eum honorificè excipendum, ut regio missu venientem reuerenter obuiam egressi sunt. In portum ut peruenérant, rati, ut sibi, sic aliis sincerum animum esse, pro amica complexus ac salutationis vice, capti fratres in vincula traduntur. Mox inicet & utrique catenæ, & scilicet alter ab altero, quò grauius dolerent, duabus Carauelliis in Hispaniam mittuntur. Miserabilis equidem casus, ac mutationis rerum humanarum exemplum memorabile: eum qui paulo ante in maximo honoris fastigio fuisset apud potentissimum Regem, propter repertas illi propria virtute & excelsò ingenio adeo nouas & diuites terras: cui, si Græcorum aut Romanorum veterum tempore vixisset, aut alterius cuiuslibet liberalis & munificæ gentis, meritò statua fuisset erecta, ac sortè, ut numini, templum & diuini honores decreti essent, eum (inquam) nunc malignitate atque inuidia hominum afflictum & vinculum adduci: cuique ob tanta in Regem merita villa satis digna gratia reddi nequibat, eum tam atrociniuria affici ut nullo nouo beneficio expiari posset. Simul ac celaces in Hispaniam peruenérunt, & nunciatum Regi tam claros viros compedibus vincitos adeo fredo ac miserabili habitu adduci, motus in misericordiam Rex cursore Calicium misso, emitti illos è custodia & leuari vinculis iubet: deinde splendido comitatu cultuque ut talibus viris dignum erat, in conspectum suum venire. Ut in Regiam peruenérunt, comites excepti & auditi sunt, ac quum ibi obtinuisset veritas, pœnæ in noxiis decretæ.

Postquam gubernator nouus Bombadilla Columbus captiuos in Hispaniam miserat, Roldanus cum aliis secessionis sociis sub imperium redit. Ibi tum rursum omnes uno consensu miseros insulares in aurifodinis demergere & immodico labore vexare: quibus videlicet nihil pensi erat, nisi ut hostrendam illam auri famem quam maximè explerent & ingurgitarent. Dum ea geruntur, Rex Ferdinandus, cui haec dudum animo cura insederat, qua maximè ratione res Hispaniolæ Insulæ turbatas, neandum bene sedatas, pace & iustitia componeret: abrogato Bombadilla imperio, Nicolaum * Olandam Proregis titulo & autoritate, cōmittit. Is è portu S. Lucaris fol-

*Benedictus
fus patroflare
adversus Cor-
lamboem fa-
ctis ac que ma-
potenter atra-
titur.*

*Papa Rich-
ardus ingra-
titudinem
Bijoustram
debet.*

*advertisim
per crudelitatem*

** Olandam
ali pœcantes.*

*Bombadilla
provincie di
cede.*

*In laetitia
della in au-
ra & grande
la.*

uenis triginta nauium, partim liburnicarum, partim celocium, clas-
se, quadragesimo demum die Insulæ applicat. Bombadilla ubi ma-
jorem potestatem & successorem adeo potentem superuenisse vi-
det, decedere illico prouincia, & iisdem illis nauibus quas Prorex ad-
duxerat regredi in Hispaniam, statuit. Ergo, imposito multo in na-
ues auro, quod amplius centum quinquaginta millium ducato-
rum pretium æquaret: ac multos præterea rufis aurigrumos, in iis
vnum inusitatæ magnitudinis, & ponderis trium millium ducato-
rum, quem Reginæ sepoluerat, secum referens, vela in Hispaniam
fecit. Eum sequuti sunt Roldanus Ximenez & alii aliquot militares
duces, cum amplius quadringentis Hispanis, qui omnes auro gra-
ues & locupletes cum eo soluere. Hic animaduertere opera & pretium
est, quantum vindicandis hominum sceleribus Dei iustitia polleat,
ac serio cogitare omnes thesauros ac diuitias nostras, in quibus tan-
topere spem ac fiduciam nostram defigimus, somnia prolsus vana
atque umbras inanes esse. Ecce atrox in mari tempestas coortarapit
difficit que classem: vigintiquatuor fractæ naues & fluctibus ita hau-
stæ sunt, ut nemo in terram enauerit: demersus Bombadilla, demer-
sus Roldanus, & maxima pars Hispanorum perierte: ipsorum quoq;
manubias & thesauros, ac sepositum Regi Reginaeque autum mare
absorpsit: postremo iurgia, lites, & querelæ eorum, quemcunq; exi-
tum habituæ essent, mature ibi finem inuenere. Insulares Indi,
quum naufragium Roldani & aliorum Hispanorum à quibus in
eruendo auro durissime vexati erant, pro certo accepissent, latrari &
hilarescere, vulgo inter se dicentes: Enimuero isti quidem nos dein-
ceps in aurifodinis non detinebunt, neque in tantis ætumnis, quan-
tis solebamus, trahere animam cogent.

1. *Hic Franciscus Boadilla seu Bombadilla vetus erat aulicus, e-
ques ordinis Calatravani. Sunt qui dicant cum nullum mandatum Ami-
rality capendi à Rege Hispania habuisse, sed tantum missum suisse, ut in-
ridicundo preeisset, ac inquireret quibus de causis Roldanus & eius socij
fese ab Admiralty obedientia subtraxissent. Sed utut sit, quum primum
appulit, tres fratres Columbos, Christophorum, Bartolomaeum & Di-
dacum comprehendi iusset, quos tribus nauibus separatis impositos, ac
compedibus vincis in Hispaniam transportari curauit, ubi in manus
prefecti Cadium tradisti sunt, donec Rex & Regina quid de ijs fieri vel-
lent indicassent, Acta processus eorum simul cum ipsis missa sunt, quibus
continebantur cause propter quas in vincula coniecerunt fuerant. Sed vera
cause non proferebantur.*

*His auditis Rex & Regina statim iussere ut dimitterentur, arg. in
aulam*

aulam veniendo facultas ipsius daretur. Vbi Amirallius Rege Reginam salutatis, ac lacrymis obortis, se purgauit a calumniis, quibus gravabatur, veluti quod voluisse inuentionem insula gemmarum suppressere & ab aliis non minus impudentibus. Statim a Regibus dignitates priuina, redditus & stipenda, que ab eo tempore quo in carcerem conieclus fuerat ipsi ablata erant, restituta sunt. Noluerunt tamen ut ad Indiarum gubernationem rediret, quoniam animaduertebant nimiam esse morum ipsius cum Hispanorum moribus antipathian. Cum enim vir esset integer, & gratiam Dei in se collatam in orbe illo ignoto reperiendo agnosceret, agere serebat tam egregium donum libidine, vitaq; inordinata Hispanorum contaminari, atque Indos, quos ad Christum adducere conabantur, instar asinorum & mulorum haberi.

Quod ad Hispanos attinet praterquam quod illibenter imperium extraneos patiebantur, multo iniquius serebant, si quando per insulam grassis sufficiunt, aut Indum aliquem percussissent aut spoliassent, se iussus Columbi aut virginis cadi aut laqueo suspendi. Reges ergo metuentes ne extanta natura & morum antipathia, diuisio aliqua & distractio oriretur, unde illarum regionum amissio & iactura tandem sequeretur, Columbum à prefectura & gubernatione noui orbis submonerunt, atque alium substituerunt. Quia in re forte Tiberij Imperatoris consilium fecit, qui cum prefectos ad provincias Imperij regendas missus erat, non eminentes virtutes sed labatus, & rursum vitia oderat: ex optimis periculis sibi, à pessimis dedecus publicum metuebat. Sic Reges isti Catholice Christophorum Columbum dimiserunt tanquam nimis iustum & severum, ac cum Hispanorum moribus, qui omnia sibi licere volebant, minus conuenientem: illumq; Bombadillam sufficerunt, qui indulgere ac eorum studiis se accommodare nouerat. Sed res illis male cessit, nam simul hic Bombadilla illuc perueniens, ita se se illis accommodauit, ut breui inter ipsum & Roldanum (id est, inter iudicem & latronem) bene conueniret, totumque damnum, in miserios Indos recideret, quos tum ipsi sum alii multi priuati, ipsorum exemplo, in fodini ultra modum laborare cogebant, idq; ab anno 1499. ad annum 1502. quo Bombadilla ab illius insula gubernatione summotus, potestatem in Hispaniam redeundi accepit. Sed antequam eō perueniret, visione diuina eum persequente misere perit, atque ut Roldanus ipsi in vita sic & in morte obunda societate coniunctus est.

2. Anno 1562. Nicolaus d' Osando magister equitum Larezis, Hispaniola prefecturam suscepit, Bombadilla autem paratus se ad redeundam in Hispaniam cum Regu venia, plus quam centies mille pondo auri fusi secum deferens, simili & multa auri grana qualia reperta erant, mi-
rande

randa magnitudinis, inter quae unum erat quod cum minerali suo 37. pondo, hoc est circiter 3600. Castilianos aureos pendebat, detractisq; tribus mineraliis, quod dimerat, pondo 3300. Castilianos estimari poterat. Hispani visu talis auri massa mirificata sunt, cumq; porcellines affaretur, unus ex his socios suos sic affatus est: iam duudum cupini ex disco aureo cibum sumere, cumq; hoc granum sit eiusmodi, ut ex eo multi disci confici queant, imponamus ipsi porcellum nostrum, quem eis sumue. Conserfauit alij, ac porcellum de veru detractum imposuerunt diuiti illi disco, quas tantus erat, ut totum porcellum facile caperet, eumque sic comedierunt.

Hoc granum auri, in mari periiit cum reliquis rebus quas secum duciebat Bombadilla, qui ex Hispaniola soluit cum classe triginta navium tempestate valde incommoda, contra Christophorus Columbi consilium. Admiratus enim Columbus, qui ex Hispania prefectus erat ad querendum sinum aliquem, quo in mare meridionale nauigari posset, (hac autem fuit quarta & postrema eius in Indiam nauigatio) illuc forte fortuna appulit die uno aut altero antequam classis illa ex S. Dominico solueret. Cumq; uno tantum militari a portu S. Dominici abesset, prefectus nauem ipsi obuiam misit, nunciatum, caueret ne portum ingredieretur. Admiratus responsum tale illi referri iussit, secum ita ipsi visum sit, obtineretur, sed interim orare ipsum, ne sinat ut classis illa mari se committat: non enim opportunum sibi videri tempis ad nauigandum, quod ad se attinet, se alium portum tutum quiesciturum, cum ille sibi deneretur. Si Columbus bonum pro malo rependit ius qui ipsum vincit, & compedibus constrictum in Hispaniam miserant, ingressuq; regionis eius quam repererat prohibebant.

Sed contemptum fuit eius consilium: quod male cessit illis. Vix enim octo vel decem millaria in mare progressi erant, cum ecce horrenda tempestas oritur, ita ut ex triginta illis nauibus magnis, quatuor vel quingentum euaserint, perierintq; in illo naufragio plus quam quingenti Hispani. Inter quos insigniores erant perditus ille nebulo Roldanus, qui aduersus Admiratum seditionem concitaverat, item Antonius de Tordes copiarum militarium prefectus generalis, ac ipse Bombadilla cum multis aliis, qui labores plurimos in terra spolianda ad mare distandum suscepserant.

Ouid. lib. 3. c. 7. § 9.

J. Alphonſi

G Alphonsi Ninni in Indiam Occid. nauigatio. Quenam primò fuerit Indicarum gentium de Hispanis opinio. Hispani se Christianos & filios Dei esse apud Indos venditant, sed mox longe aliusdrei ipsa & factis se e-
se produnt.

C A P V T X I I I .

Am multis Hispaniae locis de vniōnum diuitiis, ab Almirante in Cubagua & Cumana repertis, rumor latè manauerat: & ea res multorum animos ea visere cupientium commouerat: Id vbi cognitum Regi, expresso ipse edicto, grauibus penis constitutis vetuit ne quis nauium magister nauclerūsve CC. millia propius (id est L. leucas) oras à Columbo repertas, absque suo permisso, nauibus accedere: liberam tamen interea potestatem omnibus faciens, quascunq; alias terras & Insulas nondum cognitas pro arbitrio querendi.

Ergo percos dies Alphonſus Ninnus, naue vnā cum triginta quatuor Hispanis, eo confilio vela in altum dedit. Inter eos Hispanos forte nonnulli Almiranti adfuerant, quum Cubaguam reperifserit, itaque ut Indiam attigerunt, neglepto Regis mandato, diuitiarum cupidine Parisensem inuesti finum, Cumanæ, Amaracapanæ & omnem eius tractus oram iam ab Almirante repertam legere insti-
tuent. Ibi etiam Alphonſum sociis in terram egressus ab ea gente comiter exceptus est: mox initio quoque commercio, quum merces magna vniōnum copia permotafset, diues in Hispaniam regreditum: sed in itinere de vniōnum partitione lis inter ducem & milites exorta est. Hispaniam vero ut videre, Hispalis portum fugientes, ne constituta à rege pena plecterentur, quod oras à Columbo repertas tentassent, nauem in Galliciam dirigunt. Attamen simulac in litus exiere, nauales socialiquot eius provincie Praefectum adcent, Alphonsum insimulant, nec tantum ipreto Regis edicto litora ab Almirante reperta circumuectum referunt, sed peculatus quoque criminibus vrgent, quod haudata Regi quinta, ingentem margaritarum vim interuersisset. Praefectus contipi hominem & custodia claudi iubet: ac tandem, vbi in carcere maximam vniōnum suorum partem consuauisset, vincitum cum ad Ferdinandum Regem mittit.

ANTEQVAM ultra progrediar, age hic plenè exponere mihi libet, quenam esset earum gentium de Christianis opinio, vbi pte-
rius tene-
runt opini-
onis.

G. mūm

mum eos nouis illis terris appulsos videre. In primis ergo tenendum est, vbi principio Hispani in Indiam nauigantes ad eas prouincias ac praesertim nouæ continentis oram appulerunt, quâ septentrionali Oceano alluitur, Indos, quum ad eos velut simulacra veri defixis pre admiratione animis starent, vulgo dicere inter se cosueuisse: Vnde aut quibus est terris gens ista barbata venit? Mox quum en fes, vestis & cultus speciem, inde nauigia ipsa, yela, rudentes, ancoras & cetera nauium arma aera, intuerentur, tum planè obstupefacti, postquam inuisitatem rerum speciem iterum atque iterum fixis oculis contemplando haufissent, de illis pro se quisque alias aliter iudicium ferebant. Nonnulli dicebant tempestate aliqua eo fuisse eiectos: alii qui bombardarum fragorem audiissent, crientem tonitrua in nubibus gentem ex cœlo in terras descendisse credebant: alii denique obturato ore incerti & confusi restabant, quum de tam novo hominum genere nihil affirmare haberent. Quos quidem plerisq; locis aquis oculis indigenæ, yelut rem nouam intuebantur: alii contra haud satis libenter excipiebāt, quum ex ipso vultu gentem asperam & ferocem esse coniecantantes, amicitiam eorum detrimento sibi potius quam emolumento futuram iudicarent. Itaque saepenumero ut appulsi & in litus egressi erant, eorum locorum accolæ sagittis obuios configebant, saxis etiam eos & missilibus violenter summoentes, naues repetere trepida fuga compellebant. At in eas oras quum incidissent Hispani, vbi aduentus & conspectus eorum indigenis gratus esset, summissi & supplices vltro Reguli obuiam illis ad fineis exhibant, rogabantque per signa ut suas terras libentes inire vellet: nemo illic erat qui eos hospitaliter in mapalia sua in uitatos appositis epulis summa cum laetitia non exciperet. Hispani vero coniectis in uniones oculis quos Indi vulgo brachiis & collo gestabant, protinus concupiscere & occulta cura incendi quomodo iis potirentur: quimque præterea Indi nares baccis onustas, eranis, smaragdis, & auro cernerent, petere tandem vltro audebant: & illi simplices ac parum astuti homines, quum & illa vilia haberent, libenter omnibus & magna copia dabant.

Rebus hispanis in Indiam aduenientibus.

DVM hæc amica commercia & congressus strinque agitantur, aliis alios, ut poterant, per signa & nutus variis de rebus percontabantur. Indi scire solebant, vnde venirent Hispani, & qua gente orti essent. Illi ad hæc ita respondebant, Se Christianos esse, filios Dei creatoris cœli & terræ: in eas oras missos à summo viro Castellæ Rege & à Papa cœlestis seruatoris vicario, ut res magnas & consolacionis plenas per orbem terrarum vulgarent: ac breui vnde venissent

spendidae res sunt & facta reponuntur.

LIBER IV.

59

reuersurōs. Indiquum dictis eorum fidem haberent, & reuera ita es-
se crederent, ratiōne eorum aspectu ulterius non fruitorōs, ad eorum
spectaculum multi quotidiane concurrebant, & qui eos contingere
& aliquo munere donare poterant, felices se existimabant. Mox ve-
ro Indi, ut digressis illis venire alios, & iam ædificia moliti, commo-
rari in suis finibus, & infanda in se ac suos facinora & contumelias
edere, aurum, vniōnes & gemmas infatibiliter flagitantes, vide-
runt: tum demum queri & dicere inter se: Hæc facta verbis non re-
spondere, quippe illos se filios Dei vocasse: sed apparere haud dubiè
illis alium, & quidem malum, dominum ac principem esse: quando
ab illis ipsius mandatu & ptiuarentur libertate, & in seruitutem re-
digerentur, & interficerentur: neque hæc esse opera eorum qui è cæ-
lis descendissent. Postremò non veros & bonos Dei filios esse, qui
accepto beneficio maleficium redderent. Illos quidem bonis &
commodis verbis vti, sed facinora foeda perpetrare.

*Indi de arbo-
re ex fructib.
in fidem fa-
ctum.*

ERANT etiam inter eos qui dicerent: Qualis, malum, Deus iste
est, qui tam impuros ex se filios & sceleratos homines progeniuit? Si
pater quidem ille filiorum similis est, minimè bonum eum esse oportet.
Hæc & similia vulgo inter se colloquentes iactabant.

EQUIDEM si Hispani vbi primum eas terras attigerunt, perinde
vt crudelitatem, & avaritia graſſati sunt, ſic iam inde ab initio benigni-
tatem & clementiam earum gentium animos ſibi conciliauerint, atque
eodem tenore perseverauerint in iisdem exemplis: haud profectò du-
bitauerim futurum fuissè vt agreste illud hominum genus non tan-
tum cum ratione viuere diſcret: ſed etiam virtutis aque honoris
ſtudio, & Christiani nominis vtilitati animum adiungeret: neque
ſequenti tempore inde tot Hispanorum clades, nec tanta Indica-
rum gentium vaſtitates accidissent, quantas poſtea memorabimus:
ſed vt nunc implacabili odio alii ab aliis diſſident, ita ſocialem inter
ſe cum mutua reuerentia amicitiam colerent.

*Homines nō
vī & mala,
vī ſera, ſed
beneficia do-
mandant.*

In iusto Hispani miseriis iſtis Indi multa absurdā perſuadere conati
ſunt: atq; inter reliqua, animaduertentes illam gentem Idololatram eſſe,
& Solem venerari, ut tanto melius exciperentur, Solis filios ſe proſi-
bantur, atq; ex ea regione aduenire, in qua ille oris retur. Quod facile per-
ſuadebant, quia obſeruabant venientes ē regione iſpis orientali, deinde
eorum tormenta ignioma eſſe.

Verum vt magis per ſpecta ſiat eorum (quantum ad hanc rem at-
tingit) ſimplicitas & ignorantia: ne tadio adſiciatſur Lector lectione bre-
uis dialogi habiſti inter Indum quendam & Centurionem Hispanum,
miſum ab Domino Antonio Mendozā Prorege Hispania noua, ut

G 2 Occi-

, Occidentalem Regni Menicani oram detegret anno M.D.XL. Hac igitur sunt ipsius Centurionis verba.

„ Mew (inquit) interpres intellexit eum, qui ad nos tendebat cymba
 „ veltus, reliquis dicentem percontatum eo quinam ipsis sunt, unde nam ve-
 „ niant, sint ne sub aqua nati, an supra terram, an cælo delapsi. Auditio eius
 „ sermone, maxima Indorum multitudo aduenis properans, tanquam ad-
 „ mirans & attonita quod me loquentem audirent: ille autem Indus sub-
 „ inde ad illos ibat & cum ipsis sermones conferebat alia lingua meo inter-
 „ preti incognita. Tandem renunciarunt illi Indo qui de nobis percontaba-
 „ tur, Nos Christianos esse, è procul disiuta regione ad ipsos aduenire. Inter-
 „ rogant vero, quis me misisset: respondi, Solem, digitis innuens, ut ante,
 „ ne me in sermone variantem deprebenderet. Sed ille rursus. Qui fieri po-
 „ test ut Sol te miseris, quandoquidem tam alte supra nostra capita fertur
 „ hisquam quiescens, sed nec nos, nec qui inter nos maxime senes, unquam
 „ virros vobis similes conspeximus, nec unquam de familiibus audiuiimus;
 „ nec Sol hæc enus vobis similes, aut alios, ad nos misit. Respondi, ve-
 „ rum quidem esse, Solem valde alte iter confidere, sed eos facile posse obser-
 „ uare, in ortu & occasu magis vicinum esse illi Regioni in qua habitaret,
 „ præterea ex eodem semper loco egredi. Ipsum me generasse in illa ipsa regio-
 „ ne unde exiret, ut etiam plerosq; alios quos also ablegauerat: mandatum
 „ præterea mishi dedisse, ut hoc flumen & eius accolias inuiserem, ipsos com-
 „ pellarem, cum illis amicitiam contraherem, illisq; donarem quibus care-
 „ bant: deniq; monerem, ne amplius se se muruis bellis conficerent.

„ Ad hac ille. Cur Sol te ad nos maturius non misit ad componenda
 „ nostra bella iam inueterata, in quibus tot ceciderunt viri: Respondi, ma-
 „ turemus venire non potuisse ob teneram etatem. Ille ad meum interpretem
 „ conuerens sermonem, interrogat, an bello à nobis captus sit, an vino-
 „ biscum illum pertrahamus, an vero sponte nos sequatur. Respondi, se
 „ non cogi, sed voluptatem ex nostra consuetudine capere. Rursus interro-
 „ ganti Indo, cur ipsum solum circumduceremus quicorum sermonem in-
 „ telligeret, atq; quare sermone universo orbi cognito non uteremur, quam-
 „ do quidem filii Solis essent, respondit interpres, sènon minus Sole geni-
 „ tum quam nos, & ab ipso sermonem accepisse, quo ipsi ab eo intelligeren-
 „ tur, & ipse eos, meq; & reliquos intelligeret: Præterea Solem non latere,
 „ quodistic habitarent: sed cum multa alia haberet expedienda, sum etiam
 „ ob teneram meam etatem, non voluisse nisi nunc temporis me ad ipsos ab-
 „ legare.

„ Tum Indus conuerso ad me vultu, Venisne igitur tu (inquit) ve-
 „ sis noster Princeps? & debemusne tibi inservire? Ego astimans agre latu-
 „ rum, si annuerem, respondi, Non eo venisse ut illius imperarem, sed ut co-
 „ rum

rum frater & amicus essem, communicaturus cum illis que haberem. Ad hoc ille & rursus. Genustne te Sol, ut & reliquos de quibus modo loquebaris. & an esset illi sanguine iunctus aut filius. Respondi filium esse. Ille sermonem prosequens, interrogat, an mei comites etiam Solis liberi essent, negauit: illos tamen illustris familia natos, & ex eadem regione oriundos in qua natus eram.

Tum ille sublata voce. Quandoquidem tam multa commoda preflare nos. & bella nostra intefima abhorres, filiusq; Solis es, te pro Princeps nostro agnoscimus, tibi semper infernire volumus, atq; eam adeo ob causam petimus ne a nobis discedas. Et subito conuersus ad suos, refert, me Solis esse sobolem, propterea debere eos unanimi voce me pro suo Dominino agnoscere. Hac audientes Indi valde astoniti, singulis ex ordine me contemplaturi accesserunt.

Et paulo post. Postridie mane, unus ex eorum primoribus nomine Naguachato ad me venit, oravitq; ut istic excensionem facerem: habere enim se plurimam annonam quam donare vellet. Nec abnus, animaduertens me tuto loco esse, simul arguedit pedem in continentis fixi, senex quidam libans Mayz i farina confecta gestans, & paruas quasdam cucurbitas, ad me accessit. Vicinus factus, altissima vocem me compellat, multas gesticulationes brachii & toto corpore faciens, inbetq; me faciem conuerte ad magnam populi frequentiam, que in littore erat. Ille etiam se ad eos conuertens ait; SAGGYCA (hoc est, Iste est vester Dominus) omnesque responderunt, Hv, quod eorum idiomate, ita significat. Tum senex ille depositis humi quae gestabat, & quidpiam de singulis siemens, primum Sol obtulit, deinde tantundem mihi (licet posse a mihi omnia donares) atq; consequenter omnibus qui mihi aderant.

Rursus paulo post. Alio estiam loco, Senex adeundem, quo superior, modum, in littore stans, mihi attulit cibaria ipsam ceremonias quibus alter: atq; adstantibus dicebat: Hic est noster Dominus & Princeps. Et vos scitis quanto tam tempore audiuerimus nostros avos narrantes, in orbe esse nationem albam & barbatam: verum eos ludibrio habebamus. Sed nec ego tam senex, nec quisquam eorum qui in nunc senilem etatem attigerunt, videre meminimus nationem huic similem: quod si credere nolitis, considerate quia so omnes eas quae secundum hoc flumen habitant. Benigne ergo illos excipiamus, quandoquidem nobis communicant quae habent: voluntarie huic Domino seruiamus, qui erga nos bene animatus est, qui nos vereat munit bellus nos confidere & qui nos omnes amplectitur. An non confiditis istos habere os, manus, oculos perinde ac nos ac etiam ut nos loqui? Relat. Ferdinand. Alarch.

I separacione excepti sunt nonnullis locis Hispani ab Indis effiman-

tibus illos tam sincera fidei esse atq; ipsos. Sed alii locis in quibus iam ipso-
rum mores erant cogniti, sagittis excipiebantur, nec magis verebantur
deuorare istos Solis filios, si quem nancisci poterant, quam comites Vlyf-
sis, eius boves. Ibla ratione promontorii D. Maria incola amplexi sunt mi-
serum Ioannem de Solis & sexaginta eius sodales, & plerosq; alios alii in
locis.

¶ Quarta Columbi in Indiam nauigatio. Veraguam &
Vrabam Indica continentis prouincias detegit.
Hispanos rebellis pralo vincit. In Hu-
spaniam reuectus moritur.
Posteritate eius.

C A P V T X I V .

Nunc ad Almirantem Columbum reuertimur. Is-
tres annos in Regia mansit, Regi ipsi acceptissimus, &
in precipuo honore habitus. Tandem triennio ex-
acto, Rex ipsius supplicatu atque arbitrio quatuor Ce-
loces instruit, cumque nouas alias terras vestigatum
remittit, & fretum aliquod peruum, quod ad mare Australc perti-
neret: Id postea à Magellanicè quodam Portugallo repertum, Magel-
lanicum dictum est. Itaque è Calicio portu soluens nona die
Columbi
garrantia
gatis. Maii M.D. 1511. cum fratre suo, breui in Hispaniolam appulit. Memo-
rant nonnulli cum à Bombadilla portus aditu prohibitum esse, &
ea iniuria non mediocriter offenditum Columbum dixisse: Falli Præ-
fectum, si eum à coloniæ ab se conditæ ingressu arcendo, gratum
Regi obsequium præstare se existimaret.

Guanaxia
infusa. Alii portum eum intrasse referunt. Vt cumque ea se res habeat,
cursum in Occidentem dirigens, Guanaxiam insulam vicinam cō-
tinentem reperit, ingenti prouincia que ab indigenis Iguera, ab Hi-
spanis Caput-Fondurense, dicitur. Ibi exscensu facto, benignè à Re-
gulis exceptus est: multæcigallitæ patriæ, panes & fructus oblati: nul-
lum tamen ibi aurum specimen aut indicium repetit, quamquam in-
uentis fodinis dictissimis, quarum nulla indigenis cura aut pretium
erat. Almitans eos solitis minimi precii mercibus remunctoratus, fle-
xis retro in Ortum proris, oram sequens Veraguam repetit, & applicatis ad insulas Zorobari nauibus, haud procul continentis, ex Insu-
laribus cognoscit, omnem eam Veraguæ prouinciam abundare au-
to. Inde præter ects & litora legens usque ad finum Vrabæ peruen-
nit:

nit: vbi in terram egressus, aliquot locis Australis Oceanis notitiam habuit.

Dux haec noua litora perlustrat, duas caraellas amisit: duæ supererant, multam & ipsæ aquam accipientes. itaque inde retrò abeundi signum dat. Regressus primo Cubam insulam, mox Iamai-
cam tenuit, amissis aliquot Hispanis, quos arumna & labores ab-
sumserant, reliquis etiam ferè omnibus ægris. Ibi Franciscus Pores-
ius vnius caraellæ prætor, cum fratre, & maxima militum pars, com-
mota in eum seditione & contractis aliquot Indorum lintribus, in
Hispaniolam profugunt. Insulare quum Christianos inter se dis-
cordes, & deo toto exercitu quod roboris esset à Poresio abductum
scirent, ceteros qui cum Almirante mansissent propè omnes ægros
& imbecilles esse: non solum commeatus iis suppeditare nolle, sed
de ipsis quoque interimendis consilia inter se inibant.

*Poresi in
Caledoniis
reflexus.*

ALMIRANS ob haec ingenti animi ægritudine anxius, quum hinc Indos nec gratia, nec prece, nec precio ullo adduci posse vide-
ret ut cibaria exercitu præberent, nec armis ab se cogi propter infir-
mitatem suorum: alia via idem aggredi statuit. Atq; id cœlesti quo-
dam instinctu ei venisse in mentem, libens equidem crediderim,
prudente videlicet Deo ne tantus vir fame interiret. Id porro ita
factum est. Forte in propinquuo tugurium barbarorum erat: inde
Columbus Indos foras euocans, monet ac prænunciat, ipsos, ni vitæ
subsidia sibi ac suis suppeditarent, pele à Deo cœlitus missa breui o-
mnes perituros: Cuius rei id habituros signi, quod duos intra dies
Lunam sanguine foedatam visuri essent. Id quum eadem die & ho-
ra qua Almirans prædixerat conspicarentur Indi, (Lunæ autem de-
fecitus erat) subito vieti formidine, quæcumque ei ad viatum ne-
cessaria fuerunt, quoad in ea Insula mansit, benigne præbuere, insu-
per veniam culpæ orantes, neu ipsis irasci pergeret. Ipse ægros socios
paupere illo & misero vietu, ut potuit, recreauit.

*Columbus
aflato conga-
lio econtra-
rū à Barbá-
ru impetrat.*

INTER haec Franciscus Poresius, quum tam exiguis lintribus
impetum matis eluetari & traiicere frustra tentasset, in Insulam re-
gressus est, rapturus alteram ex caraellis Almirantis, si facultas da-
retur, ut si qua noua ope posset in Hisp洋洋am transfugeret: sed ut
portum attigit, utramque depressam & mersam aqua reperit. Almi-
rans auditio eius aduentu, suos cum fratre in aciem educit: ventum
est ad manus: cadunt nonnulli. multi utrimque saucii: Franciscus
Poresius cum fratre capitur. Haec prima pugna inter Hispanos in In-
dia commissa est.

*Columbus
Hispanos se-
cundum res-
tit.*

Ea victoria auctus Almirans, quum nullæ ipsi naues superes-
sent

sent quib. inde solueret, postquam in eā insula menses aliquot moratus, nulla ope, nisi contracta aliqua ex Hispaniola naue, abire se posse vident: Didacum Mendez, & economum suum & decem cum eō Indos līntre vno pīscatorio mittit, ē monoxylis illis quibus indigenæ vti solent. Ipse insulare illos spe ingentium prēmiorū onerat, si Didacum in columem eō perducerent: illi abeunt, & quō securitati cōsulerent periti locorum homines, circa scopulorum crepidines nauigium agendo notis sibi vadis traiciunt. Quippe puissili illi līntres, nisi summa tranquillitate, alto prouchi nequeunt, & vel minimum verberati flūctibus facilimē subvertuntur: Ergo ægrē emenso mari Indi ex Hispaniola exemplo Iamaicam repetunt, & peruectum à se atque expositum Didacum Almiranti renunciant: ipsum pedestri itinere Dominicam petere. Almirans eo admodū lētus, multas illis gratias agit, & cultellis, crotalis & crepitaculis donatos dimitit. Illi, perinde hilares ut si ingens aliq munus accepissent, domum abeunt.

* Niclaus
Orando sc.
Hispaniale
suo Profe-
tio.

DIDACVS Mendez, vbi in Dominicam peruenit, * Comme-
dattario maiori literas ab Almirante reddidit. Ille carauellam vnam
ad eum reuendendum instrui iubet. Mendez pecunia Almirantis al-
teram comparat: mox ambas onustas commeatū in Iamaicam tra-
ducit. Vbi cæ appulerant, Almirans cōfēnsa nauibrevi in Domini-
cam transfuectus est. Mox paucorum inde dierum quiete sumpta,
qua primæ naues soluerunt, iis cum fratre in Hispaniam traecit, &
Regi successum itineris sui & qua nouæ ab se repertæ essent terra, non sine admiratione totius aulæ regiae, exposuit.

Christ. Ca-
laude ab-
zu, & poe-
tina.

SED paucis post hæc diebus, Columbus, fesso ægro que tot
itinerum laboribus corpore, in morbum incidit, neque multo post,
grauecente in dies eius valetudine, extinguitur. Quum ita honora-
tæ vitæ suæ cursum clausisset, octaua die Maii, anno M. D. vi. corpus
eius, vt testamento cauerat, Hispalim delatum, in cœnobio Fra-
trum Certosinorum humatum est. Filium reliquit Didacum Co-
lumbum, qui nobilissimam feminam, Mariam, filiam Ferdinandi
de Tolero, magni Commendatari Legionensis, habere in matri-
monio singulari virtute meruit. Orsus est Almirans Columbus Cu-
cureo Genuensis ciuitatis municipio: maiores eius oriundi Placentia
erant Liguriæ vrbe, nobili stirpe Pilitrellorum: ipse prima iuuen-
ta nauiculariam artem exercuit. Iusta statura homo, firma & habili
membrorum compage, iudicio fano, ingenio excelsō præditus, læ-
to & ingenuo vultu fuit. Acres illi & vigentes oculi, subflava cæsari-
es, os paulo patentius: in primis iustitiae studiosus erat: iracundia ta-
men pronus, si quando commoueretur.

4. FEB-

I. FERDINANDVS Magallanus Nobilis Lusitanus, post admistratam longo tempore prefecturam aliquot nauium Regiarum in Barbaria & Oriente, ubi fidelem suo Regi nauauerat operam: regressus in Lusitaniam, petijt à Rege ut ad ipsius stipendia dimidij ducati premium in singulos menses accederet, in remunerationem suorum laborum. Rex abnuit propterea duntakat, ne illius exemplo alijs idem peterent. Magallanus hac repulsa adeo offensus est, et deliberaret de hac repulsa vltiscenda. Et bac quidem secessit obtulit octas. Fuit illi tam in Moluccis insulis (unde aromata adueniuntur) amicus ipsi etiam sanguine iunctus, Franciscus Serranus Lusitanus, Prefectus militum Regis Terrenate. Is frequentibus literis eum, (ut illuc proficeretur) evocauerat, si rem bene gerere vellet. Magallanus hanc commodam occasionem non negligit, sed ut, quemadmodum vulgo dicitur, cum fidelia binos dealbares patres, alia via, quam ad Orientem navigatione Lusitanus visitata Malucas petere statuit, Princeps alcus sumptibus, cui grata futura es-
tenuis opera, & qui illum remuneraretur, atque insuper utilitatem eius negotiacionis Lusitania Regi adimeret, à quo indigne se acceptum estimabat. In Castellam itaq; proficeretur, Cardinalem Franciscum Xime-
nium, totius Regni prefctum in absentia Caroli, adit, bnic, & omnibus qui Concilio rerum Indicarum praeerant, exponit, Malucas insulas (qua supra Calecutium, Malacam, atq; etiam Sinarum postremam ad Orientem Regionem sunt) Castellanorum iuris esse, easq; ementito titulo posidere Emanueli Regem Lusitania, prater pacatum inter utramque nationem instum. Ad id porro demonstrandum, comitem sibi adscinuerat Rodericum Falerum, insignem Cosmographum & Astrologum.

Regi etiam Carolo (qui postea Imperator fuit huic nominis Quintus) illud ipsum demonstrarunt, & significarunt, non esse sequendam longam illam viam, qua Promontorium Bona spe superandum est: sed spe-
rare se Navigatione ad Occidentem facta, fratum inuenturos in Occi-
dentalis India, per quod in mare Australie penetrare, & inde ad Moluc-
cas peruenire posse. Ea autem viam in orbibus sumptibus minoribz, diffi-
cilitate aromata, aliasq; Orientis merces inuebi posse, quam à Lusitanis.

Rex Carolus faciles aures illis prabens, ex consilio eorum qui Con-
cilio rerum Indicarum praeerant, quinq; naues suis sumptibus instruit,
qzq; Magallanum prefecit. Soluit hac clasit Hispanis 10. Augusti anno
M.D.XIX. & superatis Canariis, Provinciisq; Brasiliam maritima ora
praeeruecta, ad XLIX. gradum cum semissi cursum tenuit ultra aqua-
torem, versus Polum Antarcticum. Deinde ad hanc isthac anchoris, solo bi-
 mestri barens, neminem mortalem interea conspexit, prater Gigantem,
qui se in littore obtulit, adeo magnum, ut Hispani vix ad cingulum eius

pertingerent; alterum postea cepit 10. pedes altum, qui panis biscocti cor-
bem uno pastu voraret, & dimidiatam aqua fullam uno spiritu ex-
hauriret; Magallanus eam Provinciam Patagonum nomine appellauit,
quia quos conflexerunt isti Gigantes, pedes ferarum pellibus involutos ha-
buerunt calceorum loco, sic ut virorum aut aliarum ferarum pedes po-
tius referrent quam humanos. Hec est ratio istius vocabuli Patagones,
quam nemo (quod sciamus) adhuc exposuerat.

Inde discedens, & huic loco, in quo quinque menses baserant, Portus S. Juliani nomine indito, ulteriori versus meridiem progressi sunt, cir-
citer triginta leucas, usq; ad elevationem quadragesimi secundi gradus à
Polo Antartico, atq; tandem fretum inuenierunt centum & decem leu-
cas in longitudinem patens, binas in latitudinem, interdum plures, cinctū
ruring, præ altis montibus nube obsitus, & penetrans usq; ad alterum ma-
re, quod appellatur pacificum. Huius freti obseruatio Magallano tribu-
enda est: nam reliquarum navium Praefecti fretum esse negabant, & Si-
num dunt axas esse censebant. Magallani tamen fretum isti esse norat,
quia (ut fertur) in charta marina adnotatum viderat, descripta ab insi-
gni quodam Nanciero, cui nomen Martinus Bohemus, quam Lusita-
nia Rex in suo museo adseruabat. Propterea etiam id fretum appellatio-
nem à Magallani nomine sumpfit, & Magallanicum dictum est: alijs Pa-
tagonicum cognominant: nec desunt qui Victoria fretum nominent, quia
prima nauis que illud obseruauit, idq; ingressa est, appellabatur Victoria,
qua postea orbem circumiuit.

Superato eo fredo, vigesima octava Nouembris anni M. D. XX.
ingressi sunt mare Pacificum, in quo nauigarunt toto trimestri & virginis
diebus, ante quam terram conspicerent. Interea absumento pane bisco-
cto & reliquo commeatu, euerrunt locum ubi panis biscoctus adserua-
tus fuerat, micasq; cum puluere & vermis, qui frequenter erant,
devorant, etiam si murium virinam plane resperverent. Eorum aqua adeo
corrupta erat & fetida flauescensq;, ut quoties illam biberent, oculos clau-
dere & nares obturare cogerentur. Denique tam ingens famis subsequuta
est, ut coriacea cingula, ocreas, calceos, horaces coriaceos, parmarum te-
gumenta coquerent & ederent, neque etiam abstinerent ab iis pellibus qui-
bus rudentes involuunt. Nam licet durissima essent, quia Sol, vento, &
pluvia semper exposite, illae tamen aqua marina macerantes per tridu-
um aut quatriiduum emolliebant, deinde in succili exilias edebant. Qui-
busdam gingiva adeo intumuerunt, ut longissimos etiam dentes integ-
rent, nec mandere possent, è quorum numero decem & nouem perierunt;
Alij in tam grauem morbum inciderunt, ut nec pedum, nec manuum
beneficio uti possent.

Tribus

Tribus illis mensibus & viginti diebus consecerunt circiter quater mille leucas, nulla interea exorta tempestate aut ventorum turbine, (quam ob causam, mare illud Pacificum cognominarunt) & nulla conspecta terra prater binas parvas insulas desertas, in quibus nibil nisi arbores & aves conspexerunt, ideoq; Infortunatas illas appellarunt, circiter ducentis leucas ab inuicem discretas, una distante quindecim gradib; ab Äquatore versus polum Antarcticum, altera nouem. Tandem superato Äquinoctiali circulo, in plurimas insulas inciderunt (quibus Archipelagi S. Lazari nomen insiderunt) in quarum aliquot excenderunt, & inter ceteras in Zubut, & Matan, in qua cesus ab Indie strenue ille Praefectus Magallanus cum aliquot Hispanis, anno M. D. X XI. April. X V I. ante quam præstare posset quod animo conceperat.

Reliqui eius comites ulterius progredientes ad Malucas perueniunt, aromatis naues onerant: atq; inde discessuri statuunt, ut e duabus quae supererant naubus, magis integra, cuius nomen Victoria, Hispaniam repeteret Lusitanorum via: altera, qua aquam trahebat, in Occidentalem Indianam tenderet, ut Panamam veniret: aut aliquam Novam Hispaniam oram.

In Hispaniam redituri, à Malucis discesserunt sub finem Decembris M. D. X XI. & praterneatis multas insulas, relictaq; ad dextram totius Indiae Orientalis oramaritima, & Sinu Ormus, magnum illud Bona fœi promontorium flexerunt (septem tamen hecdomadibus circa illud errantes, antequam illud superare possent, ob aduersos ventos) atq; tandem septimo die Septembri anni M. D. X XI. in Hispaniam appulerunt, & portum cui nomen S. Lucar de Barrameda ingressi sunt soli decem & octo, reliqui ex numero quinquaginta nouem qui ex Malucis soluerant.

Eo appulsi, compererunt se decies & quater millenas, quadringentas, sexaginta leucas consecisse, diligenter pupputatis in singulos dies quot velli essent leucas, circuito totius orbis globo ab Oriente in Occidentem. Eam ob causam summus eius naus Naumachus, Ioannes Sebastianus de Cano, pro insignibus sumpit Orbis typum, cui inscripta haec verba, Primus circumdedisti me. Octavo Septembri Hispanum peruenierunt, & explosis in signum latitiae omnibus tormentis, singuli, nudis pedibus, & solam subulam induiti, ardentesq; facem manibus ferentes, summum orbis templum adserunt, ad agendas Deo gratias, cuius benignitate tale iter consecrissent. Et hac summatim de Magalanici freti detectione, & tota illa nauigatione. Discursus Antonij Pigafeta. Ozorius De rebus Emanuelis Regis Lusitania Lib. II.

Nemo post illum (quod sciam) orbem circumnavigauit, prater Franciscum Drak Nobilem virum, qui comitibus VVilhelmo VVinter &

Humfredo Gilbert, Equestris ordinis viris, duarum aliarum nausum. Praefectus suis sumptibus iter illud Magallani sequi voluit anno Domini M.D.LXXXVIII. Humfredo, cum ad Äquatoriem peruenissent, in grauem morbum inciderunt quosque eius naus vehebantur: eaque de causa, cursum in Angliam conuertere coactus est. V Vilhelmus autem VV interus, & Franciscus Drak, iter prosequuti sunt, donec ad Fretum Magallanicum peruenientrem. Consumptus istuc aliquot diebus, VV interus longioris istius Navigationis pertasus, vterius progredi noluit: sed deferit Drak, subsequente anno in Angliam reuersus est. Solus Drak in suo proposito constanter perseverans, superato illo fredo mare Pacificum ingressus, experiri voluit, an, facta navigatione ad Septentrionem, fretum aliud innuere posset, per quod in Oceanum Borealem penetraret. Verum cum ad Septuagesimi usque gradus altitudinem versus Polum Arcticum pertinisset, nimio frigore, quod nec ipse, nec qui eadem nauis vehebantur, ferre possent, urgente, conuertere nauem ad Äquatoriem coactus est. Et istuc in Terrenate & aliquot alia vicina Insulis versatus, ad Iauam mari peruenit, ubi cum paucis dies basisset: inde soluit Martio mense M.D. LXXX. & superato Bona spes Promontorio, totam illam Africa oram maritimam præteruerat, Plemubicum sequente Septembri appulit, amissis rato illius navigationis tempore duntaxat tribus est suis: adeo felix successu magnum illuditer confecit. Reducem comiter exceptit Serua Regina Elizabeta, & Equestris ordinis honore illum affectit Martio sequente, anno M.D.LXXXI: in illa ipsa nauis qua vellus fuerat iam lacerata, & in terram subducta ad pagum Det Sford paulo supra Grenv vicium:

Fuerunt etiam qui ante Navigationem illam Magallani, & postea, simile aliquod fretum ad Septentrionem innuere sategerunt, ut compendiosus iter ad Malucas insulas facerent. Inter reliquos, Lusitanus quidam Caspar Corteregalis dictus, naue suis sumptibus instructa, cursum in Septentrionalem plagam direxit, Olyssippone solvens anno M.D. eumque primum esse arbitror qui in animum inducerit, ut que ad Septentrionem pertinebant regiones perlustraret, licet Gomara suomore, banc gloriam Castellanis tribuat, nullius nomine indicato. Nauigauit autem u Corteregalis, donec in flume quoddam incideret nisus plenum, cuius rei causa illud, Rio nevado, hoc est, Flumium in uadim nuncupauit, si um ad altitudinem 60. graduum versus nostrum Polum. Eare attonitus, & glaciei abundantia, longius progredi non est ausus, atque in Lusitaniam rediit, contentus illa navigatione circiter ducentas leucas à Flumio illo nivali usque ad Promontorium de Malcas sub 56. gradu ad Polum Arcticum situm perlustrasse, & multis insulis que sunt secundam mari timans illam oram, impossuisse.

Sequente anno nempe M.D.I. denuo ad illa loca profectus, ut qui spe-

rabat se fretum illud quod inuestigabat reperturum: sed quid illi acciderit, nunquam scrii potuit: nec aliam sui memoriam reliquit, quam à nomine suo aliquot insulas denominatas in situ Quadrato nuncupato ad altitudinem 54. graduum aut circiter.

Fuit illi frater Michael Cortegalis, qui amore fraterno ductus ut fratrem inquireret, anno M. D. 11. duas naues instruxit, quibus in easdem oras nauigaret. Sed nec is ultra comparuit. Sic isti duo fratres perierunt, ut nobis aromata vtilioris precis facerent. Restabat tertius frater nomine Vascut Ioannes Cortegalis, qui ad requirendos fratres eandem navigationem suscipere instituebat: sed à Rege Emanuele fuit prohibitus. Osorius lib. 11. Nauigat.

Anno M. D. VIII. Nauclerus quidam Venetus cui nomen Sebastianus Gabottus, sumptibus Regis Anglia Henrici V 11. per Septentrionalem plagam ad Cataium penetrare voluit. Ille primus Cupidem Bacalao detexit (quam hodie Britones & Nortmanni nauta la coste d's Molues, hoc est Aſſelorum marinorum oram appellant) atq; etiam vltissimū usque ad 67. gradum versus polum arcticum: sed frigora atq; densa glacies qua Septentrionale illud mare conſtrictum est, ipsum re infecta regredi coegerunt. Sum. Petri Martyris.

Dicimoseptimo post anno, celebrie ille Nauclerus Ioannes Verazanus Florentinus, ter aut quater Navigationem in eas partes suscepit auctoritate Regis Gallie Francisci I. atque eius matris Regni Vicariatum temporis, totam illam oram a Brittonum Promontorio usque ad Floridanum legit (circiter quingentas leucas emensus) ut obſeruaret, an Florida & Occidentalis Indie ab Hispania habitat & continens ad Polum usque porrigeretur, an vero fretum aliquod effet per quod in mare Meridionale transitus effet. Sed postrema navigatione, cum inter Canata & Floridanum excendisset aliquot ex suis ſipatibus, ad regionem obſeruandam, eatus fuit. Ex eo tempore Galle studium illud fretum inuestigandi depoſuerunt, atque contenti sunt ea navigatione qua fit ad Terras nouas, equali cum Gallia altitudine sitas, ad Aſſelos capiendos, Aromata tanta periculo redire merebentur.

Anno M. D. XXXV. Nauclerius Hispanus Stephanus Gomez dictus, qui Magallano comes fuerat, inuestigauit etiam fretum illud ad Septentriones Imperatoris Caroli V. sumptibus. Sed nibil ex sua navigatione retulit commodi, prater mancipia, qua amplam ridendi ansam praebevunt. Nam cius quidam Corunna Portus Hispania, intelligens Gomezium appulisse, atq; Esclavos lingua Hispanica, hoc est, mancipia ad uexisse, similitudinem vocabuli deceptus, & existimans illum clavos, id est Caryophylla (ut pollicitus erat) adferre, per dispositos equos in

aulam properauit, ut primus hac grata nouare ferret, ubiq^u rumorem spargens Gomezium fretum inuenisse atq^u magnam aromatum abundantiam retulisse. Sed triduo postre, ut gesta erat, intellecta, affatim r^usum est Fr. Gomarain Hisp. generali.

Tandem Martinus Forbisherius Nauclerius Anglus, duabus celo- cibus navigationem instituit ad extreum Septentrionem anno M. D. LXXV. quo nullus mortalium adhuc penetrasset, ut inuestigaret aliquid freum, quo transitus esset ad Cataium. Sed cum serius eo perueniret, sr- rita fuit ea navigatio propter frequentem glaciem. Sequentे anno Na- uigationem sumptibus Regina denuo instituit, Ex Orcadibus insulis solis, cum nauigasset inter Occidentem & Thraciam ab octavo Iunij ad quartam Iulij, detexit tandem continentem & canalem inter binas insulas sub elevatione sexagesimi primi gradus: in quem (discussa à Fau- nio & Thracia glacie, & per Oceanum sparsa) ingressus est xix. Julij cum quinque nauibus. Vt inq^u claudebantur ha angustia prealtis rupibus & montibus perpetua nine obstitit: in summa, verē erat Hecmis Regia. Vt- cumq^u, tamen sterilis, & penē omnibus commoditatibus, qua temperata regiones abundant, destituta illa regio esset, inuenta est ab hominibus cul- ta, & auro abundans, prater eorum opinionem, qui omnes orbis thesaurot sub Äquatore concludi existimant. Forbisherius imposita nauibus magna huius aurea vena * quantitate, cursum in Angliam conuertit, quo peruenit 17. Septembribus eiusdem anni.

* Iterum
parafal-
lam de spa-
lenuis
situatu in-
noriū scissis
terris navi-
gatione de-
plicacionis
est, magna
quoniam
meritorum
mox crede-
bitur male.

Dicitur anno LXXXI. instructa sumptibus Serme Regina xx. na- unum classe denuo navigationem instituisse, ut penitus in hunc canalem penetraret, & obseruet, an nauigabilis sit ad Australē usque mare. Sinau- gabilis erit: iam Anglis per Occidentem in Oriensem patet iter, unde summa auri, aromatum, reliquarumq^u mercium ex Oriente, Sinarum regione, Cataio & aliis locis copiam referent.

Sed quis nostrorum hominum industria & audaciam laudibus non effera, qui Torride Zone astus, & glacies superare ausi sunt, ut nos in contemplationem magnitudinis & diuitiarum orbis adducerent, sal- tem propositis tabulis geographicis, si ipsi navigationem instituere nolu- mus? Sed illud est incommodi, quod eorum maxima pars qui huiusmodi peregrinationes adgrediuntur, (in quibus multi pereunt) nullum alium scopum sibi proponunt, aut compensationem tot laborum & difficulta- tum, quam caducas quasdam opes, que centuplo pluris redimuntur quam valeant.

. 2. Insigne profectio & notatu dignum fuit id quod Nobilis hic vir suo hero praefitit beneficium. Nam non modo credebat suam vitam fra- gili ligno, quali sunt hi Americanorum lntres, ut superaret periculosum

hoc mare, sed etiam salutem suam commisit ebat hostibus, qui potuerint cymbam euertere, nullo submersione ipsorum periculo, quandoquidem natatores sunt peritissimi. Itaque Rex Catholicus hac intelligens, non modo liberaliter hoc officium remuneratus est, sed voluit ut in huic fidelitatis memoriam luctrem in suis insignibus perpetuo gestaret: proposito sane eleganti exemplo Regibus & Principibus, quorum est virtutem in quolibet non minus honore & præmio afficeret, quam virtutia castigare.

3. Alterum etiam filium reliquit Columbus Admiralis, Ferdinandum, qui inter nobiles pueros Principe Hispanie Domino Ioanni inservientes educatus, postea patrem tertia in Indianam navigatione comitatus est. Vir studijs addictus fuit, & egregie in varijs artibus versatus, praesertim in Cosmographia. Elegantem instituit Bibliothecam duodecies aut tredecies mille voluminibus constantem, quam moriens Dominicanus D. Pauli legavit Hispalii. Jacobus, sine Didacu Columbus post mortem Patris vixit annos circiter viginti, ei succedit filius Ludovicus Columbus, tertius India Occidentalis Admirallis.

Outideus & Gomara.

¶ Mona-

G Monachi & sacerdotes in Indianam Occid. transgressi cœnobia exstruunt. A Barbaris trucidantur. Didacus Ocampus trib. mil. Barbaros dolo circumuentos, suppliciis coercet. Tolum colonia.

CAPVT XV.

ERDINANDVS rex (sicut ante retuli) quo tempore ab Almirante Insula Margaritarum reperta est, edicto prohibuerat ne quis proprius terras à Columbo reperatas CC. millia pass. (id est leucas L.) naueis admoueret: sed quum in edictis atq; imperiis suis parum momenti esse intelligeret, & quotidie multos concutrete: Quæstores & procuratores suos eo mittit, qui vœtigalia regia colligerent. Hinc pïscationis vñionum initium du&ctum est.

Etiam in Indiæ continentem transgressi, quo etiam multi Hispani permutandarum cum Indis mercium causa commeauerant, cœnobia ibidem exstruxerunt. Sed Indi, iam tum Hispanorum commercia & dura imperia pertæsi, à quibus nimirum violenter correpti fustibus & plagiis assiduis ad pïscandoes vñiones adigerentur, indignas contumelias & vim vi arcere statuunt. Itaque mane cuiusdam diei prima aurora in Hispanos irruunt, & eorum cruentam stragem faciunt: mox cum tripludiis & saltatu non laicos tantum (vt vocant) sed Ecclesiasticos ipsos & Fratres mandunt. Ex iis tamen aliquot, quum celocis ope qua ad Cumanæ fluminis ripam, deligata stabat, perniciem effugient, Dominicam contendunt, & Bartholomæo insulæ Praefecto Cumanensium rebellionem enunciant. Ille trecentorum militum confessim manuscripta, Didacum Ocampum ducem illis præficit.

Hic cum suis è Dominicæ portu soluens, breui in Cumanam peruenit, & ad pelliciendos in naues Barbaros tali arte vsus est: suis omnes, exceptis sociis naualibus, in aluum nauis conditos sub tabulis delitescere iubet: vt Indi, quum tam pauci Hispani apparerent, promptius subirent nauim, & persuasum haberent ipsos ex Hispania, non ex Dominicâ, venire. Indi, conspecta naue, ad ripam fluminis obuiam effusi, Hispanos interrogant, unde venirent. Illi se à Castella venire respondent: simul signis eos accedere ad nauim inuitant. Indi eti tota res suspecta esset, & Hispanos ex Hayti (id est Hispa-

Hispaniola) venire contulerent, nonnulli tamen eorum ut feco errore exfoluerent, haud dubii ex propinquuo facillime cognosci posse vtrum ex Hispania an aliunde venirent, nauim vltro subeunt, margaritas ferentes per simulationem commercii. Ibi Christianorum ab ipsis paucitas conspecta errorem fecit: itaque quum iam pro certo haberent, venire illos ex Hispania, non ex Hayti, neque ad eos peruenisse famam sugrebberionis, ac ipsis se perinde viros ut alii vident, sibi pollicerentur, taciti secum ipli gaudebant.

Dux Hispanus subeuntes benigne excipit, si permutatio vni-
onum inter eos: ille se eorum quae accidissent quidquam rescisse cal-
lide dissimular: per signa etiam roget ut, si commercium cordi sit,
plures vniiones & ad maritimos vltus cibaria & commeatus afferant.
Inde in litus regressi, paucosse in naui reperiisse homines Cacico re-
nunciant: & omnes facillime a se interfici posse. Itaque multo plures
quam antea Indos nauem ingredi iubet: iis negotium dat ut quam
paucissimos Christianos in litus exire patientur, quo facilius desti-
nata exequenteriur. Simul Hispanorum duci renuncient, eius loci
Regulum multos habere vniiones, quos cum illo permutare cupiat.
Cum his male ortis & ceptis consilis ad nauim regressi sunt. Hispanus
dux quum pradam optimam in cassibus, neque maturorem oc-
casionei vltterius exspectandam esse diceret, signum dat excundi
latebris militibus: illi improuiso exorti Indos partim incautos capi-
unt, partim interficiunt: pauci in flumen desilientes discriminem effi-
gere: quotquot capti vno in potestate habuit dux, suspendi ad nauis
antennam iussit, quo ceteris terrorem incuteret, & his peractis in
Cubaguam reuersus est. Insulanorum eo spectaculo fracta ferocia
est, & attonitis animis hafserunt.

Mox vero Didacus in Cumana reuersus, milites in terram
exponit, & omni sexuit genere gratus, miseram illam gentem ac
prope deletam, vltro pacem petere cogit. Quae quum ab eo suppli-
cantib. data esset, & foederis conditiones tanacte, Indi viginquique
que casas & storeis paleisve ad ripam fluminis, ipso iubente, suis iphi
manibus exstruunt. Id Toleturn urbem vocat, vtriam ante dictum
est. Inde quidem rursus frequentari Cubagua, & pescatio margari-
tarum instaurari coepit.

Indi sed ma-
nibus congre-
deribus fabri-
cans cogen-
tior.
Tolatum ca-
lentia.

IN T E R huc appulsi eò octo fratres Dominicaní, duo mona-
steria, vnum in Cumana, alterum in Maracapana, exstruunt. Mox
inde Christianam fidem per eas gentes promulgatum ibant, Regu-
lorum & primorum filios legere & scribere docentes. Ex eo Indi
cum omnibus Hispanis amice & pacate viuere: finere etiam illos

passim, quo fertet animus, ire: adeo ut sine villo metu per otam illam maritimam trecenta amplius millia passuum, aurum, vñiones & alia quærentes, libertimè vagarentur.

G Doctor quidam è sacerdote tribunus mil. factus, dum Indos piscandis vñionibus conuertere ntitur, semetipse & suos exerit. Iac. Castello in Barbaros sagit. Lam-pugnans Mediolan. in pescatione vñionum naufragium for-tunarum & vita facit.

C A P V T X V I .

Dixi hæc in Cumana vicissitudines agitantur, Bartholomæus quidam de Casis, sacerdos idem & Doctor, quum fecunditate vñionum & pescatu nobilem Cubaguan esse accepisset, fertilitatis etiam earum terrarum & sauitiae Hispanorum in eas gentes fama commotus, in Hispaniam traxit, ad Regiam contendit. Hispanæ regnum heres, morte Ferdinandi Regis, tum erat princeps Carolus, qui postea Cæsar designatus Caroli Quinti nomen asciuit. Eum adit sacerdos, docet nullum esse sceleris & auaritiae genus quod Cumanae indigenæ à militibus Hispanis passi non essent: ac propterea illos, quod optat cyprip-pia non piper optat arare cedulum.

DOCTOR Lodoicus Zappata, & alii qui rerum Indicarum cu-reprærant, quum eum hominem vanum, ineptum, & tanto incep-to minimi parem, nulliusque famæ & autoritatis esse iudicarent, adhæc imperitum rerum, morumque illius gentis, tali eius proposi-tio obnixè intercedebant. Verum, nequicquam contradictibus tantis viris, Belgarum quorundam præceptum & aliorum fauore sub-nixus, in primis comitis Nansouii, qui Cæsar's cubiculo præcerat, quod petebat obtinuit, quod Christianæ religiosis zelum præ se ferret, audacter denuncians se, si quisquam alias, Indostum ad Dei ipsius cultum, tum ad Regiæ malestatis obsequium versurum, & vñio-

vniōnum vītū magnā missurūm in Hispaniā. Mox trecentos
rusticos legit, qui pīcāndis vniōnibus operam darent, ne Indos fati-
gari opus esset; adhuc, quo libenterius eam expeditionem suscipierent,
Regis maiestati supplicat ut eos Equestribus armis atque insignibus
in primis Cruce rubra, decoret, qualis equitum Calatravae ordinis
esset. Cæsar hoc Doctoris studio & verbis commotus, ei quidquid
petret annuens, naues instrui, commeatus ceteraque expeditioni
necessaria prouideri iubet.

ILLE Hispali soluit, & in Cumānam appulsus, Didaco Ocam-
po ibi forte reperit diploma regium exhibet. Is se verò obsequutu-
rum libenter ait: sed inde decedere sibi non licere nisi commeatu ab
Almirante accepto, à quo coercendis rebellibus & regendae prouinciae
impositus esset, quoad mitteretur successor. Ita elusus sacerdos:
ac ne ipsi quidem postea fatis inter se concordes procacibus verbis
alter alterum exasperabant. Tandem Doctor ubi Regio mandato
apud Ocampum parum momenti esse vider, & sevltro ludibrio es-
se, Dominicam petere intendit, & de Ocampi contumacia, quire-
giis imperiis parcere nollet, apud Almirantem conueni. Antequam
adiret, quod Tolco vibebat Ocampo exclusus esset, ligneum ædifi-
ciūm raptim extruit: atque ibi depositis impedimentis & omni com-
meatu quem ex Hispania detulerat, Equites illos suos, quoad redi-
ret, in praesidio relinquit. Inde abit: neque multo post Ocampus
quoq; cum maxima militum parte decedit, quod spoliis Indorum
onulti ac diuites, in præda & vniōnibus diuidendis in dissensionem
venissent.

CVM ANAE reguli, quum Ocampum cum maxima exercitus
parte abiisse cognoscerent, neque ullos superefle simul Christianos
præter eos qui à Doctore praesidio relieti essent: ceteros palatos &
dispersos per eas terras vagari vniōnib; inhabentes & seminarum stu-
pis, aliaque seada edentes facinora, sumis armis rebellionem coe-
ptant. Itaque omnes pariter Dominica quadam die manè Hispanos
adorti, quo scunque in Amaracapana & omni illa ora maritima Oc-
cidentem versus repenunt, trucidant: nullius viræ parcitur: Fratres
ipsi inter sacra maceta, Doctoris domus obsecra & capta: omnes pro-
pè Equites noui vencenatis sagittis cōfossi miserabiliter periēre. Pau-
ci cum monachis aliquot scapha euasere, qui cum Sacramento (vt
vocant) in Cubaguam raptim transgressi sunt.

POST QVAM exercenda in homines remâteria Barbaris de-
fuit, ignem iniciunt tectis, templo & monasteria diruunt, campanas
frangunt, statuas solo allidunt: postremo Crucifixi simulacrum de-

*Nobis qui
fueris fruges
eadem nec
nolunt.*

ieclum truncatum que in viam abiiciunt ostentui & ludibrio. Gallinas quoq; & canes Hispanorum abolent : ac ne Indis quidem ipsis pepercere , quos vel monachi vel alii Hispani in ministerio habuisserint: terram ipsam ferientes exsiccante sive que quod tam dirum ac peruersum hominum genus ferre sustineret.

Ea restantum terroris ac trepidationis Hispanis iniecit , qui in Cubaguia commorabantur , vti si continentis accolae Indi vim param luctum habuisserint, haud dubie traiectu in Insulam facto , quae non plus xxii. milibus pass. continentis auulsa est, omnes Hispanos qui in ea erant ad internacionem cæsuri fuerint. Sed quum pauca nauigia essent, quanquam ingenti animo moliri cuperent , incertum omisere.

R E G I I procuratores , phasculo confestim in Dominicam misso , rem vti gesta erat significant. Almirans eorum nuncio accepto , quadringentos milites scribit & iis Iacobum Castellionem ducem attribuit: in Cumanam soluunt. Doctor audita suorum Equitum cæde , subito cueullam induens , in S. Dominici cœnobium se abdidit: quod cum facete, meo iudicio, præstisit, quām piseatum margaritas in Cubagum reuerti.

I N T E R E A Castellio octauo die quām ex Hispaniola soluerat , Cumanam tenuit , & strenue cum omnibus militibus in litus gressus , totos quadraginta dies cum Indis pugnauit , & magnam eorum stragem edidit. Illi quanquam fortiter se defenderent , & Hispanorum aliquos interficerent , tandem tamen , quum neque animo , nec viribus , nec ingenio patescissent , & omnibus præliis victi discederent , pacem vltro supplices petere coacti sunt & Hispani ducis potestati le permettere: Castellio in deditos acerbe fæuit : septuaginta Cacicos suspendi iussit qui rebellionis autores fuerant: vulgus in naues imposuit , misitque onustas Indis in Hispaniolam , vbi pro mancipiis venum darentur. Inde ad tutelam nauium , vti dictum est supra , arcem Cumanam fluminis ripæ imponit : Toletum urbem dirutam instaurat. Mox crescente Hispanorum multitudine , septuaginta domus laterculo coctili in Cubagua ædificat. Id pusilli municipij instar , nouum Calicium appellat.

APPELLVNT posthæc e Dominica quatuor Franciscani , & exstructo monasterio in Insula fistunt , quum metu Indorum traiiceret in continentem fugerent. Veriti scilicet ne à Barbaris , quod aliis cœperisset , aliquando & ipsi manderentur. Ita de integro piseatio vniuum ab Hispanis frequentari cepta est , & magna vis eruta. Ceterum Cubagua insula x. millia in circuitu patet , decem gradibus & dimi-

dimidio ab Äquinoctiali linea distans, omni sui parte plana, sterilis, nuda arboribus, aquæ expers. Itaque tanta plerumq[ue] humoris penuria est, quum propter contrarios ventos nihil è Cumana subuehatur, vt sex numero cadus vini pari aquæ cado permuteatur. Cuniculis, salse & piscibus abundat,

Quo tempore piscatio vnionum feruebat, Lodoicus Lampugnanus, eius Lampugnani propinquus, qui Galeacum Mariam Sforciam, ducem Mediolani, interfecit, in eam Insulam applicuit, Casareo diplomate & priuilegio fatus: quo ipsi per omnem illam Cubague oram tantam vim vnionum, quantam visum esset, pista-
ri absque villa contradictione liceret. Hic homo ex Hispania quatuor carauellis profectus, omni commeatu ad eiusmodi exceptum necessario instructis, qui ei à mercatoribus quibusdam Hispanis spe haud dubie quæstus comparatus & collatus fuerat: Raftellum seu euericulum quoddam ea forma fabricari curarat, ut in quamcunq[ue] mari partem deiectum esset, quidquid ferè conchatum esset facilime corraderet. Verum Hispani Cubague incolæ, omnes pariter ei obsertere, neque priuilegio velle obsequi: dicentes Casarem de alieno plus æquo liberalē esse. Si largiri quid vellet, de suo largus esset: se omnem eam prouinciam magnis laboribus & periculis subactam ad eam diem tenuisse, itaque le eorum laborum fructum colligere quam peregrinum hominem, multo esse æquius. Lampugnarus, postea quam priuilegium sibi concessum nullius momenti esse intelligit, cum ne Hispaniam repereret, partim pudore iritate speci, partim ingentiaæ alieno impeditus est, breui obtuentibus eius

animum curis in amentiam incidit. Deniq[ue] quum ex eo

vulgo pro satuo & infano habitus omnibus lu-

dibrio esset, quinto decim anno

in ea Insula miserabi-

liter obiit.

*I*ndi Hispanorum mores pertuli, amicitiam eorum respunserunt
 , ut insanabiles & Euangelio minime obsequentes durissima servituti addiscuntur, idque regio editio, & suadentibus Monachis.

C A P V T XVII.

*R*IVSQVAM cetera exsequi pergam, res admonet expromere causas ob quas Indicæ continentis indigenæ mancipati & in servitutem addicti sunt. Principio ut ab Almirante Columbus post insulas noua continens inuenta est, eo statim Hispani diuitiarum cupidine confluere, & è prouincia in prouinciam transcurrere, donec ceteris itionibus & concursationibus inquieti homines apud Indos tedium & odium sui mouerunt. Itaque, quum eos assiduis laboribus fatigarent tractarentque acerbius, aurum, argentum, vñiones &スマragdos insatiabiliter flagitantes: neque illi tam graueis atumnas tolerare diutius vellent aut possent: omnes vbiique Hispanos tollere funditus atque extirpare è finibus suis studebant, ipsi semet exstantes quod non omnes initio trucidassent.

HISPANI vero tum Ecclesiastici tum laici (vt vocant) quum morum eius gentis visu & peritia, eos neque amicitiam Christianorum neque Christi fidem accipere velle cognoscerent: quinetiam hæc ab eis derideri dicendo, Eas forte res Castellanis conuenire, sibi verò minime: ob hæc transgressi in Hispaniam Dominicani aliquot monachi, ad Regiam contendunt, & Ferdinando regi barbaræ illius ac brutæ gentis morem scedulaque instituta referunt. Denique multistationibus, quarum exemplum infrà est, ei persuadent dignius & quiuscumque istos homines pro mancipiis vendi quam liberos viuere. Earum sententia hæc erat:

*I*NDI continentis incolæ idololatriæ & masculæ veneti dediti sunt, vani, mendaces, spurci, bruti, iudicij expertes, consilio vacui, terum nouarum audi, feroce, inhumanæ ac sæui: veneno sagittas perungunt, adeo noxio vt qui iis vulnerantur correpti rabie intereant. Nudi incedunt, pudoris omnis exfortes: ne pubertatem quidem ullam aut barbam gerunt: ac si qui forte pili crumpant, volsellæ radicibus extirpant. Humana carne, & animalium spurcissimis ranis, pediculis, lumbricis aliiisque fecundis infectis, vesci apud illos futurum est. Summam voluptatem in ebrietate collocant: neque in matrimonio-

trimoniis fidem aut iura vlla sancta habent: neq; ad mutandos mo-
res peruvicacem gentem vlla ratione adduxeris. Nulla aduersum æ-
grotos suos misericordia mouentur, & quamvis arctissima cogni-
tione coniunctos, deserunt: aut ita vt sunt ægros & semiuiuos, vt
procul à conspectu amoueant, in silvas & montes deserunt & ex-
ponunt, vbi ferarum ritu miserrima morte extinguantur. Postremò,
ut in panca conferam quod pluribus exponi posset, affirmo nullam
detenorem aut immaniorum gentem sub celo viuere.

H;is Rex tam tetris barbaræ gentis moribus auditis, magnum
Consilium suum (vt vocant) conuocat, & in eo refert illa omnia quæ
Monachorum relatione ipsum accepisse diximus: rogarq; vt quid de
tam importuna & agresti barbarie statuendum sit, libere sententiam
dicant. Ibi non rei certitudine vltius quæsita neq; accusationi con-
sideratione adhibita, decretum fit: Placere Indos continentis inco-
las in seruitutem addici, nisi equidem grauissimis erroribus abdicatis
Christiani esse & ab Hispanis humanum viuendi morem edifice-
re vellent.

Hoc Senatus consultum ita factum Rex autoritate sua con-
firmat, & ob signato diplome sancit: mox Didaco Nique & Al-
phonso Hoiedæ, qui primi in eas prouincias titulo Gubernatorum
missi sunt (Niquea videlicet Veraguæ, Hoieda Carthaginis) tradi-
dit: additis mandatis, vt priusquam bellum illis gentibus & arma o-
stenderent, sacrum Euangeliū ante omnia annunciatum cura-
rent: mox etiam admonerent vt feedissimis moribus flagitiisq; reli-
ctis, cum honestis viris compositè & pacatè viuere vellent, & Hi-
spanorum amicitiam sincerè colere. Quas si conditions accipe-
rent, & mandata seruarent, Regem Castellæ non tantum suam illis
permisurum libertatem: sed eos quoque pro amicis & vasallis suis
habitatum. Sin ministris, iubere eos capi & trahi in seruitutem: deti-
que in eorum corpora, fortunas & vitam, ferro, flamma & omni
belli clade feciuri.

E Q V I D E M , credo, si seruator & redemptor noster Iesus Christus,
quum sanctos suos Apostolos per Orbem ad promulgandum Euani-
gelium dimitteret, talibus eos instruxisset mandatis, nunquam tot
regna, tot gentes, tot potentissimos principatus humiliati crucis
subiecisset, quæ alioquin vltro verbo eius se summittebant, & diu-
niam eius legem toto pectore adorabant. Itaq; vel hinc exi-
stumare licet quantum sit discrimen inter

Dei iudicium & sententias
hominum.

¶ Dida-

GDidacus Niquesa & Alphonsus Hoieda primi ad Indicam continentem subigendam mittuntur. Monachi quod susserant dissuaderetur coguntur & Indorum seruitutem damnare. Et tandem Bulla pontifica & Cesareo editio abrogatur. Reclamant disutes Hispani. Monachis irritatos malis exemplis Barbarorum animos, frustra verbis mulcere conantur.

C A P V T XVIII.

Domiñi Gubernatores, anno m. d. ix. è Calicio portu soluentes, prospero cursu Hispaniolam tenuerunt. Ibi Hoieda comparatis sua impensa quatuor nauibus & amplius eccc. militibus scriptis, è Dominica portu soluit, Prius tamen negotium dat Martino Ancilo baccalaureo (qui regio mandatu sumimus Iuridicalis Prætor amplissima illi prouinciae impositus erat) ut cum reliquis militibus, equis, tormentis, & omnigenere commeatus, quam ocyssimè posset in subsidium veniret. Quum ad Carthaginem appulisset in terram egressus, Regium edictum publicè Indis per interpretem enunciat, orans ut pacifice viuere & Christianorum amicitiam colere vellent, & abiectis nefandis suis moribus Christi fidem fusciperent. Id sifaccerent, Regem Castellæ illis clementer usurum & pro amicis carissimis habiturum spondebat.

*Indi Hispano
ratu amiciti-
am repudi-
ant.*

*Domiñi conch-
natoris En-
tang.*

I s d i paucis verbis respondent: Castellæ regis amicitia sibi nihil esse opus. Itaque reuertentur Hispani unde venerant, quippe se quidem in suis finibus bonos & manuctos aduenas ferre posse: sed cum iis qui nihil nisi male agere sciant, nec inferendis iniurias vnguia patientur, nullum sibi esse commercium. Hoc tam absenso responso accepto, Gubernator milites omnes in litus exponit: illi omnem eam oram peruagati, quotquot Indos reperiunt obtruncant.

C E T E R U M promulgato per omnes eas prouincias Regio illo Edicto, ne cuiquam ignorantum esset, omnes omisla & seposita Evangelii prædicatione, capiendis Indis quos minus obedientes deprehendissent, & mancipiis contrahendis intendere: ac quamquam ea lex solos Caribas, humanis vescentes carnibus, constingeret, promiscue tamen in aliis Indiae partibus, vbi feralibus illis moribus locus nou erat, Hispani Indis ad metallâ effodienda, seruiles operas & ysuum

vsum necessaria omnia prōmancipiis abutebantur. Inde gliscere barbaris seruitus, & ea vñque eo progressa est, vt nisi monachi aliquot obstatissent, qui zelo studioque charitatis incensi infelicissimae gentis libertatem procurarunt, breui genus omne Indorum interitum fuerit.

M O N A C H I illi Dominicanī erant, qui quum in noua Hispania commorantes, quam acerbis & indignis modis Indi ab Hispanis aſſidue haberentur, palam ipsis cernerent, & tantas eorum iniurias tum pro concione tum priuatim vbiue reprehenderent, monentes, ve-
nire aliquando ipsis in mentem debere, tantæ immanitatis, quan-
tam erga Indos exercent, reddendam Deo efferationem. Itaque imponerent modum ſauitiae, & Indos deinceps mitius tractarent, quo videlicet illi Euangelii iugo libentius ſe submitterent. Hæc (in-
quam) & talia quum monachi Hispanis ſubicerent, patum profi-
ciebant, vltro iridentibus illis dicentibusque, quum nihil ſegnius in conſueto perſecuerarent, Barbaros iſtos eſſe indignos Chriftiani-
ſmo canes. Ita verba & monita odium non fructum pariebant.

Q V A R E coniuncti illi Partes, quum eorum ſcelerum plenam & authenticam inquisitionem egiffent, eam Romanam ad Pontificem mittunt per F. Rodericum Minaiam Dominicanum, eique negotiū dant ut expoſito Indicæ ſeruitutis p̄p̄oſtero & pudendo abuſu, quæque inde damna confequuta eſſent, Bullam à Papa edi pro-
curaret, qua Indi pr̄iſtinae libertati restituerentur. Apostolicam ſe-
dem tum regebat Papa Paulus III. Is cauſa & iniuriis Indorum au-
ditis, veraque iis de rebus inquisitione comperta, Bullam concessit
qua Indos ſuæ libertati reddi uerberet. Eam ſecum in Hispaniam Ro-
dericus referens, cum aliis monachis Regiæ maiestati carum ſerum
initium, ordinem, finem, & gestæ erant, exponit: docens, Indorum
peccata ab ignorantia expreſſa & puta, non à militia profici: illos
quidem creatos eſſe à Deo homines, non bestias: liberos, non fer-
uos: & ad fidem Christianam adduci debere bonis exemplis, non ſeuicia aut tyrrannide. Itaque cogitaret regia maiestas, prouincias il-
las sub imperio & pedibus suis ſubiectas eſſe: ac proinde pium fore
prouidere, ne intolerandis malis atque iniuriis quas patetentur ab
Hispanis, breui ad vaſtitatem & ſolitudinem redigerentur. Quippe
nullum pudorem eſſe Hispanis, miseros illos homines ſub oneribus
genere & expirare cogere, terram ē fodinisaſſidue egerere, aliiſque
feruilibus & patum honestis operibus illaborare: adeo ut multi co-
rum, tedium & miseras fugientes, dilapsi in ſiluas ſibimet ipſi gu-
lam desperati frangerent.

*Monachi ref-
nati ab his illa-
tum/ſmart
conuictus/ſed
fato.*

*Indians ſe-
riuſus abra-
gatus.*

CÆSAR, ea relatione audita, doctorem Figueroam in Indiam mittit, ci^{que} mandat vt ex monachis & præfectis sedulo verum inquirat. Illicabit, mandata exsequitur, quæ cognouerit referit. Cæsar extemplo, nullo præterea adhuc hito consilio, Indos liberos esse iubet, grauissimis penis in eos constitutis qui illis deinceps pro seruis vterentur. Lex præfecto san^{ctissima}, & illu^{strissima}, ab optimo Imperatore & clementissimo profecta.

A N N O M. D. XLIIV. quum in Hispaniola essem, licentiatu^s C^æratus pro præside in Insulam venit, Edictum illud Cæsareum affer^{et}; idque mox per omnes Indiæ Insulas & prouincias, magno indigenarum solatio gaudio que & suhmo Hispanorum dolore, promulgatum est. Nec difficulter in Hispaniola, Cuba, Iamaica, San-Joannis insula, & in vniuersum omni illa ora que vulgo à nauticis Terra firma dicitur à Nomine-dei usque ad Parisensem finum, edictum illud obtinuit. Sed in Mexico haud perinde acceptum est, ditissimis quibusdam viris, quorū omnes prope fortunæ in mancipiis sitae erant, ei legi parere abnuentibus. Quippe contra afferbant, Indos à Ferdinandō rege publice seruituti addictos fuisse, idque postea à Cæsare confirmatum, & illis quinta^{ve} etigal pensum esse: prout si vellet Cæsarea Maiestas Indos libertati restituere, eadem opera sibi nummos redderet, quos in id mercium genus erogassent. Hæc & similia omnes vulgo querebantur exsecrantes monachos damni illius sui autores.

*Mendoza
folerti consti
lio Hispani
ram amari
am cedra.*

E a in re tum Antonii Mendoza pro regis singularis prudentia apparuit: qua nisi opportune v^{er}bus esset, res haud satis feliciter casure videbantur. quippe se quoq^{ue} ei legi aduersari & ipsis assentiri ingenti follertia simulans, deca abroganda scribere & supplicate eos Cæsari iubet: vero tamen eum officio funerum exitus demonstrauit. Neque enim Cæsar aut sententiam mutare, aut eorum voluntati obsequi voluit, sed debere eos dicto suo audientes esse rescripsit. Itaque Prorex, Mexicanæ ciuitatis primoribus conuocatis, nouum Cæsaris edictu^m exhibet, sed vbi locupletes dominos duriores, neque seruos manu mittere velle animaduerit, ne turba inde aut tumultus oriretur, legis rigorem prudentia temperauit, eamq^{ue} omnes tali forma accepunt; nimurum ut quicunq^{ue} seruos haberent, quotannis pro rata portione, viginti ex omni numero manu mitterent. Qua ex re factum est v^{er}to- mnes Indi breui in libertate vendicarentur. Evidē si Blascus Nunez Vela, quum Regi illis mandatis instructus, Peruanam prouinciam Prorex inijt, ad eum modum sc̄e agitasset, nec quem vitæ exitu^m nat^{us} est, habuisset, nec, quot postea exponentur, inde cūenissent mala.

Carri

R E-

RESTITUTI in libertatem Indis, monachi supplicant Cæsar
 i. & potestatem illo commaneandi fieri sibi postulant: ut quando In-
 dicam linguam didicissent, eas gentes benignitate alliciendo, pra-
 dicationibus & concionibus conuerterent: sibi enim quidem satis
 esse animi, vt iuuante gratia Spiritus sancti eos ad fidem adduce-
 rent. Id concessum illis: quin etiam tum vetuit Cæsar villas deinceps
 prouincias vi & armis subigi: sed bonis potius operibus ad Christia-
 nismum allici. Cum ea autoritate & mandatis octo monachi in In-
 diam profecti, ad Floridam appellunt: quatuor ex iis in terram eges-
 si concionari coepere. Indi iam antè ab Hispanis malè habiti, mona-
 chos fustibus excipiunt, & intersectos pro suo more comedunt. Duo
 alii ad fineis Gattimale prouinciae appulsi, ad prædicandum exscen-
 derant: sed idem istos, qui & priores illos, exitus habuit. His experi-
 mentis deterriti ceteri, incepturn illud commodiotti temporis reser-
 uarunt. Verum equidem si iam inde ab initio pro turpitudine ac fla-
 gitio conciliandi eorum animis adhibita esset benignitas, non du-
 bito quin prosperè cessura fuerint omnia, quippe foedas illas & atro-
 ces iniurias, veluti exempla ad male agendum non habuissent.

i. **OCCUPATA** Regum Catholicorum nomine à Christophero
 Columbo India occidentalis possessione, incolas sua libertati reliquist: idem
 fecerunt nonnulli post eum Gubernatores. Franciscus tamen Bondilla,
 qui postea in mari periret, Rolandus Ximenez, & quidam alijs, & tanquam
 mancipijs uti caperunt, ad colendam terram, scrutandas metallicas ve-
 nas, onera ferenda & alia opera feruilia exercenda, tametsi miseri sunt ho-
 mines sua sponte satis prout effent ad illius inferniendum. Sed anno M.D.1111.
 Caribes, id est sagittarii illi seroces, qui Hispanos iaculis veneno tinctis
 conficiebant, deinde craticulis, quas ipsi Barbacois appellant, impone-
 bant, pro mancipijs declarati, & expositi quibuscumque capere illos
 possent.

Ista permisso posita ad tantam licentiam peruenit, vt Hispani sine
 discrimine bonos & malos in seruitutem traberent. Atq; vt bac licentia
 legitima censeretur, Thomas quidam Ortiz, Dominicanus, & alius eius-
 dem ordinis, nihil altius in suis concionibus vociferabantur: imo in His-
 paniam transientes, Discursum quendam Indicarum rerum Consilio
 obtulerunt, in quo vita miserorum istorum Barbarorum graphicè ex-
 primebatur, multis lepsidis rationibus adductis quibus probarent, eos ad
 nullam rem utiles esse quam ut mancipurum vicem supplerent. Prae-
 debat tunc ei Consilio, Cardinalis Loasa, summus inquisitor, Commis-
 sarins Cruciatæ, & Prefectus Dominicani ordinis: illi facile persuase-
 runt vera esse quæ dicerent venerandi ipsi patres. Eade Causa Impera-

tor decreto facto Madritis M.D.XXV. sanxit, ut Indi pro mancipiis haberentur.

Tosce tamen iustitia sententia, Dominicani isti debaccchari cuperunt in eos, qui Indis tanquam mancipiis veterentur: sic ut denuo deliberandum fuerit, decennio post, de hac ipsamateria. Inter reliquos Frater Rodericus Minaya, allata à summo Pontifice Bulla, & frater Bartholomaeus Casas Dominicani ordinis, valde intercesserunt pro Indorum libertate. Ita Carolus V. Imperator, voluit Consilium Indicum, ex sententia multorum Iurisconsultorum, Canonistarum, & Theologorum, Edictum promulgares, quod contineret XL. Articulos: quo breviter decerrebatur, ut omnes Indi in libertatem vindicarentur, remitterentur interas Provincias ex quibus erant oriundi, & Christianam religionem edocerentur. Hoc edictum magna turbas per universam Indianam occidentalem præsertim vero in Peruana Provincia, excitauit, ut in tertio huic Historia libro apparebit.

2. Comara de insituto horum Monachorum ex euentu iudicium faciens, hanc humanitatis & clementia viam valde damnat, ut nimis exolescam, & qua ab istis seru nationibus nihil impetrare possa. Hec enim eiū sunt verba x l. v. cap. sua Historia. Qui Monachorum opinionem probabant, nunc agnoscunt, operam ludere eos, qui tali via has nationes ad nostram amicitiam pertrahere volunt, multo vero minus ad nostram fidem, tametsi forsitan, potior esset.

Eiusdem sententia erat Nunnus de Gusman Panuci Praefectus in eo Discursu, quem ad Carolum Cesarem missebat ex Provincia Mechitarian Magna illius Hispania noue anno M. D. XXX. Nam in loco quodam sua Historia, recitat aliquid velitationibus aduersus Indos habitus, addit. Decursu dimidiū miliaris vlt erius spatio, nec villa re obseruata: valde enim desatgatis erant meus & reliquorum comitum equi, substat, ut meos omnes colligerem. Bina ex meis famulis in eo ministerio occupati, & hac illac discurrentes, in magnam turbam Chichimecarum, (populi sunt Noue Hispania contermini) Indos nobis confederatos per sequentiam. Hac re intellecta, statim me conuerti, ut pleno cursum illos insequerer. Praefectus castrorum & alius nobilis à me educatus, incitatatis equis reliquos præcedentes, peruenient in quandam locum, ubi latebant plus quam quater mille semina & pueri cum impedimentis. Illi conspectis equis, protinus fugam capessunt, & cum eō aduentrem, eorum vestigia adhuc conspexi. Paulo vltierius progressus, quarundam seminarum & puerorum sanguine conspersum locum effendi, quos Indi nobis confederati mactauerant, & sacrificauerant. Nulla enim ratione inhiberi possunt, ut ab ista prava consuetudine desistant, etiamsi corripiantur & casti-

eastigentur : maxima tamen eorum pars bonos Christianos se profiteruntur. Orto tamen V. Mat^m, ut sibi persuadeat, illos eadem nefanda committere qua prius solebant, clam nobis tamen, quantum possunt. Itaque tum ob has causas, tum ob altas instas occasiones quas ad V. Mat^m per scripti, mea sententia, non debebat illis concedi tanta libertas, sed immunituenda pro vita illorum & statu ratione. Alioquis praebebitur illis maior ansa peccandi, & homines sacrificandi potius, quam villam aliam ac rem: nam neq^{ue} virtute villa neq^{ue} humanitate sunt pradisti, neq^{ue} veritatis amantes, neq^{ue} apti ad disciplinam aliquam percipiendam, aut vitam reformatam, sed potius in deterius vergunt. Addo, talem eorum esse naturam, ut sub metu contineri debeat, si quis probos Christianos ex illis efficeret velit. Atque certo persuadeat sibi V. Mat^m, me veritatem pro loqui.

Hac erat sententia Gubernatoris illius Nunnij de Gusman qui crudeliter in miseros illos Mechoacan, Xalisco, & Panuco incolas, & alios, imperium exercuit, quamdiu istis regionibus presul, sed singulare crudelitatis & barbari furoris exemplum edidit in miserum quendam Provincia Mechoacan Regulum, nomine Caconcy: eum enim cremari iussit, ne apud Cesarem, aut eos quos Iuri dicundo istuc praefecerat, conqueri posset, de latrociniis in se & suis subditos à Gusmanno commissis: & hac crudeli morte illum affecit, causam prætexens, quod rebellionem molitus esset in Cesarem, & multos Indos atque Christianos sacrificasset, perinde, ut facere solebat antequam baptisaretur: & variæ alias calumnias in miserum commentus est.

Sed his duobus Hispanis, qui rigidum imperium laudant, binos alios opponam, primum Hispanum, alterum Gallum, qui ipsa experientia probant, humanitate plus effici posse apud eas nationes, licet barbaras, quam vi & crudelitate.

Primus Aluarus Nunnez nomine, cui cognomen caput vaccinum, in discurso quodam missio ad Carolum Cesarem, de itinere quo comitibus aliquot Hispanis confecit nouem annorum spatio per continentem Indiae Occidentalis, à Panuco aut paulo supra incipiens usq^{ue} ad mare Australis longè aliter loquitur quam Gomara. Ego quadam in medium adferam ad hanc rem facientia.

Primum habita longa narratione de regionibus quas peragrarunt per bis mille circiter leucas, & quam humaniter ab incolis fuerunt accepti, pro natura earum regionum, quia morbis medendi artem proficebantur, hinc inde errabundi, & requirentes loca aliqua ab Hispanis habitata in qua se recipere possent: cum tandem circiter triginta leucas ab Australi mari abesse Hispanos intellexerunt: Itaq^{ue} addit.

His inquisit, intellectis, Deo gratias ex animo egimus, desperabamus enim amplius quidquam de Christianis intelligere: tamen valde metuebamus ne isti Christiani, de quibus referebant Indi, litus illud Australis maris lustrandi & observandi gratia duntaxat percurrissent. Sed cum nobis certiora indicia adicerent, iter nostrum urgebamus, & quo longius progrediebamur, plures reperiebamus, qui nobis de Christianis verbis facerent: nos autem illis persuadebamus, ideo ad illos Christianos properare, ut moneremus, ne Indos in posterum occiderent, mancipiascerent, ex ipsis sedibus eiicent, aut eis nocerent: qua de re magna latitia afficiebantur miseri isti.

Multa loca inueniebamus ab incolis deserta, qui in monies con fugerant, & isti latebant, quia ob metum Christianorum in suis adibus consistere, aut agros conferere non audebant. Magno sane dolore affiebamur, cum videremus adeo fertilem regionem, & limpidiis rivulis, & fluminis rigatam, ita vastatam & incendiis corruptam, atque incolas adeo miseros & attonitos. Praterea fames ita inualuerat, quam miserineque serabant, neque plantabant quippiam, ut arborum cortices & radices quoadam rodere cogerentur. Nos etiam toto illo nimere famem perpesterimus, quia incole necessaria nobis subministrare non poterant, cum tam maligne exciperentur, smo inedia vitam sibi admire velle videbansur.

Nobis narrabant, ut aliquando Christiani in illam Provinciam ingressi, eam vastam reddidissent, pagos & hominum ades incendio absumentes: & dimidiata incolarum, quos isti inuenissent, partem, cum uxoribus & liberis abripentes: qui elabi potuerant, in silvas & montes se contulisse. Animaduertentes autem illos esse adeo perturbato animo ut nusquam consistere auderent, neq; velle aut posse ferere terram & colere, sed potius constituisse semel morti, quam diuersus perpeti ut tam crudeliter haberentur, atq; hactenus fuerant, eos quantum poteramus solabimur: & satis apparebat ex vultu, ipsis libenter nobiscum versari. Nihilominus, plurimum verebamur, ut si quando ad eorum limites perueniremus, qui continua bella cum Christianis exercent, in nos irruentes vindictam sumerent de omnibus iniuriis quas a Christianis accepissent. Eò tamen Dei beneficio peruenientes, involas adeo mites inuenimus, ut non minus nos metuerent & resererentur, quam illi per quos iam feceramus iter: quod sumime admirati sumus. Inde facile iudicari potest, illas nationes bonis exemplis, & honesta conuersatione, ad Christianam fidem amplectendam, & ad Majestatis Cesarea obedientiam præstandam, esse pelli ciendos: & nullam esse viam, ista magis securam.

Illi nos perduxerunt in pagum in summo montis vertice situm, cuius ascensus valde asper & difficultus. Iste inuenimus plurimos, qui ob me-

rum Christianorum eo confugerant. Misericordia benevolè nos excipiente, " nobis obtulerunt qua habebant, & inter reliqua plures quam bis mille " facios Mayz in nobis attulerunt, quod misericordia famelicius qui nos eo usq. " deduxerant, donauimus.

Sequente die quatuor viros ablegauerimus per eam regionem qui postar- " fos hinc inde colligerent, & quosquot inuenirent, deducerent in pagum " quendam trium dierum itinere istine distantem: Deinde postridie illinc " discessamus, cum omnibus quos ibi repereramus, & semper recentia vesti- " gia agnoscetebamus in quibus Christiani illam noctem traduxissent. Circu- " ter meriditem incidiimus in eos quos ablegaueramus, qui referebant nem- " nem tota illa provincia potuisse inuenire, quia omnes fugerant, & in mon- " tibus se abdiderant, metuentes a Christianis occiderentur, aut in serui- " tutem abriperentur: atque nocte precedente Christianos quosdam con- " spicisse trahentes Indos quocdam catenis vincitos: se autem post arbores " latuisse, ut obseruarent quid agerent.

His auditis, incola illius regionis qui nos comitabantur, adeo per- " turbatuerunt, ut quidam ex eorum numero regredierentur, ad alijs si- " gnificandum, Christianos aduenire: & haud dubie plures discesserunt, " nisi illos ad nonuissimum ne metuerent, quibus verbus valde confirmati- " fuit. Nam tunc nobiscum erant nonnulli inde quorum habitatio plus " quam centum leucis inde aberat, qui nos etiam in iustis sequuti erant, lu- " cet obnoxie illos rogassimus ut domum repeterent. Atque ut magis confi- " dentes illos redderemus, e nocte istic perstitimus. Postridie perreximus, " & in via pernoctauimus. Tertio die quos hinc inde ablegaueramus, de- " duxerunt ad locum in quo Christianos conspicuerant: sub noctem eoper- " uientes, facile deprehendimus verum nobis retulisse. Nam ex duobus " spiritibus telluri infixis, quibus alligati fuerant equi, agnouimus equites " esse iter fecisse.

Certus igitur Christianorum vestigijs deprehensis, ex quibus intel- " ligebamus non procul eos abesse, Deo gratias egimus, illam orantes, ut à " tam misera captiuitate nos liberaret. Eadem nocte quosdam ex meis comi- " tibus rogauis, ut Christianos, qui per ea loca, in quibus ipsorum vestigia " deprehenderamus, iter faciebant, & triduis itinere à nobis forte abesse po- " terant, sequerentur. Sed omnes summam laitudinem causati, abne- " runt, tametsi me multo iuniores & robustiores essent. & eo officio multo " me melius fungi potuissent: intellecta tamen eorum voluntate, postridie " summo mane adiunxit mecum Athiope & undecim Indis, sequentes " sum Christianorum vestigia, & tria loca deprehendi in quibus noctem " traduxerant. Emensis eo die decem leucis, postridie mane incidi in qua- " tuor equites Christianos, qui me confessi tam peregrino habitu ami- " dum,

„ Hunc . & Indos comites habentem , adeo attoniti fuerunt , ut & multo
 „ tempore ne verbum quidem effari possent . Ego vero illos oravi , ut ad
 „ suum Tribunum me deducerent . Appellabatur is Tribunus Diego , id
 „ est Iacobus de Alcaraz , qui , me auditio , respondit ; semet adeo esse attoni-
 „ tum , ut quid ipsi agendum esset ignoraret , quia iam diu per eam regio-
 „ nem vagatus erat , nullum tamen Indum deprehendere potuisse : itaque
 „ non per spicere quoniam se cum suis conuenteret , quia iam magna annona
 „ penuria laborare incipiebat . Tum illi significo Durantem & Castigium
 „ reliquise cum magna Indorum qui eos deduxerant , turba , circiter de-
 „ cem ab eo loco leuis . Hoc intellecto , illico tres equites ablegauit cum quan-
 „ tum quaginta Indis ex eorum numero quos secum trahebat . Illis adiunxi me-
 „ um atbiopem , qui index itineris esset : ego vero istic perfisi .

„ Post quantum diem Andreas Dorante et Alphonsus de Castiglio
 „ adueniunt comitansib[us] eos plusquam sexcentis Indis , qui , Christianos
 „ fugientes ; ad montes se contulerant & varijs locis se abdiderant . & redu-
 „ centibus reliquos omnes (qui nos comitati erant ad eum usq[ue] locum ubi
 „ eos dimiseram) ut Christianos comitarentur . Tum Alcaraz orat nos ,
 „ ut euocaremus eos qui secundum flumina habitabant , & alios qui in
 „ montibus se abdiderant , iuberimusque auronam adferre : tamen si non ef-
 „ set necesse hac illis precipere , quandoquidem ipsi sponte bac onus fit adue-
 „ niebant . Nostros tamen cursores ablegauimus , qui quotquot potuerunt
 „ euocarunt . Itaque sexcenti simul aduenerunt , ferentes quidquid Mayz-
 „ habebant in futilibus vasis argilla tectis , in quibus illud sub terram con-
 „ diderant : praterea quacunq[ue] penes se reliqua erant : sed , reseruatis dunta-
 „ xat qua necessaria essent , reliqua Christianis dedimus , ut inter se distri-
 „ buerent .

„ Deinde alteratio nobis fuit cum nostris Christianis , quia in ferni-
 „ tutem trabere volebant Indos qui nos comitabantur : & cum indignatio-
 „ ne illinc discedentes , multos arcus & sagittas quarum quinque insignes ,
 „ cuspidem smaragdis armatam habebant & peras nobis cum sumere obli-
 „ ti , amissimus . Sed maxima difficultas nobis oborta , volentibus partem
 „ Indorum a nobis dimittere , & illos hortantibus ut nihil amplius mesue-
 „ rent , sed singulis domum abiarent atque suam sementem facerent . Sed sur-
 „ dis canebamus , nec a nobis discedere cupiebant , donec reliqui etiam Indi
 „ dimissionem impetrarent , prout consuetudo eorum ferebat , nam mesue-
 „ bant ne occiderentur si sine alijs abiarent : in nostro autem comitatu , neque
 „ Christianos , neque eorum lanceas formidabant .

„ Hec grauerter ferentes alij Christians , per interpretes illis significari
 „ iusserunt , nos quidam ex eadem gente esse secum , qui iam multo tempore
 „ aberraveramus , tunc tamen generis & conditionis : se vero rerum esse

Domi-

Dominos, & qui soli essent obseruandi. Indi nibil facientes eorum dicta, ut ainter se aseabant. Magni rugatores esse debent illi Christiani, exploratum enim habemus hos ab Oriente Sole venire: illi vero ex locis in quibus Solo occidit. Praterea dicebant nos agros curare, illos autem sanos occidere: nos nudos & sine calceis incedere, illos cum vestibus & lanceis equitare: nos non esse auaros vel alieni cupidos, smo quidquid nobis dona batur, statim alijs elargiri, illos vero nibil aliud quam furari & rapere, quidquid possent, nec quidquam aliis donare. Hac erant Indorum de nobis iudicia collatione facta cum aliis Christianis, & ita de toto via nostra cursu discurrentes, contraria prorsus referebant de Christianorum vita, existimantes nos ex eorum gente non esse. Sed neque hac inter se dunt taxat missitabant, verum sermone etiam Hispanico diserte & alta voce responderunt: & suis, communis quadam inter se lingua, significarunt. Illud idioma vulgari apud ipsos in usu est, quadrincentarum plus leucarum spatio, qua nos iter fecimus, & apud quos in usu est Primbaitus appellantur.

Tandem nunquam ipsis Indis persuaderi potuit nos ex illorum a liorum Christianorum natione esse, qui ita regiones depredabantur: & summa cum difficultate illis persuadere potuimus ut domum repeterent, precipientes ut cum securitate reliquos ex suis hinc inde dispersos in plana reuocarent, terramq; colerent qua a suis incolis deserta, tam siluestrabat, tametsi natura sit totius India fertilissima. Nam ter quotannis sara, uertim fructu profert: deinde elegantissimi fluminibus & alijs aquis dulcibus & potulentis irrigatur. Habet etiam venarum auri & argenti iudicia. Incole bene habitu corpore sunt, & Christiani, quos habent amicos, voluntario ministriant, & Mexici incolis longe robustiores. Breueriter, terra est in qua nibil, quantum ad ueritatem attinet, desiderare queas.

Discedentes a nobis Indi, polliciti sunt se nostris mandatis obsequituros, & curaturos ut singuli suorum hominum in propriis pagis redirent, modo Christiani ipsos molestia non afficiant. Quantum ad me attinet, affirmo, nisi id fecerint, culpam in Christianos esse reiiciendam. Vix illi dimisisti erant, cum nostri Christiani, me & comites, cuidam Zebro re. rum capitalium prefecto, atque tribus alijs Hispanis tradiderunt abducendos. Iste experientia didicimus, quam fallacia sint hominum iudicia: nos enim quietem & libertatem inter Christianos quarentes & illam, iam adeptos esse existimantes, prorsus contrarium experti sumus. Itaque illi, ut nos ab Indis segregarent per montes & deserta locanos abdixerunt, ne videremus quam male miseros incolas exciperent: nam tam inter se consilium inierant de opprimendis Indis quos pacifice & cum se-

, curitatis sbe dimisramus, quod etiam postea fecerunt.

Qui nos abducebant, biduo integro, per montes illos difficultima via trahebant, in qua neq; aqua, neq; semita vlla apparebat, ut si nos extinctos iri putaremus: nos rorū sane quinq; , & plurimi Indi amici, quos isti Hispani deducebant, eapererunt. In his igitur difficultatibus versatis, tertio die circa meridiem, aquam inuenimus; consecimus cum illis, ut ganti quinq; leucas, deinde in pagum quendam Indorum pace ventium peruenimus, in quo nos reliquis ille Zebrero, & tres lencas ulterius progressus est in pagum Culiaz, am, in quo commorabatur Melchior Diaz, eius Provincia Prefectus. Is auditio nostro aduentu, illa ipsa nocte nos inuisit, & nostre miserie indoluit, gratias tamen agens Deo de ipsius in nos misericordia, atq; Gubernatoris Nunnii de Gusman, & suo nomine, ob tulit quacumq; haberet in sua potestate, indignè, ut apparebat, ferens, Alcaraz, & suorum in nos inhumanitatem. Et plane nobis persuaderemus, si sp̄ se adiisset, neq; nos, neq; Indos tam inhumaniter fuissent excipiendos.

Postridie mane, istinc abire cupientes, ut Aubacan peteremus, rogauit Prefectus Diaz, me excederemus, insigne enim seruitum Deo & V. Mat' facturos (quia regio deserta esset ab incolis, qui pagis suis desertis, ad montes consugerant, nec redire volebant) filios renocaremus, atq; Dei & Vesta Mat' nomine priciperemus, ut in plana redirent, & terram colerent. Arduum initio usum est nobis hoc negotium, nullum enim eorum Indorum qui nos comitati fuerant, & quorum opera in similibus rebus uti consueveramus, amplius habebamus. Tandem tamen succurrit, ut binos Indos è captiuorum numero liberaremus, qui illius regioni incola essent, & cum Christianis erant, quando primum in eos incidimus, videbantq; magnum nos comitantium numerum, & ab aliis Indis intellexerant, quantam existimationem & auctoritatem adepti essemus per eas provincias, tum ea, que à nobis istic acta essent, agros curando, & qua posteramus beneficia in eos conferendo. Cum illis igitur, etiam alios pagi Culiaz, am incolas ablegauimus renocatum Indos per montes dispersos, & fluminis Parachan accolas, apud quod Christianos inuenieramus, atq; mandatum dedimus, sp̄ sis dicentes, nos eorum colloquium expetere, eam ob causam sine formidine ad nos venirent. Ut vero bialacrius hoc iter susciperent, & alij aduenirent singulà horum tabellariorum magnam, cucurbitam (ex earum numero quas gestabamus) in manum dedimus, magna existimationis apud ipsos indicium & signum.

Abeuntes igitur biseiales, post septimum diem dictum reuersi sunt, adducentes tres Regulos Indos ex eorum numero qui in montes profugabant, quos comitabantur quindecim alij Indi, qui multa monilia, gemmas quas vulgi Turquesas vocat, pennaceas cristas, & aliam pluma-

ceam

ceam supellecitem abunde adserentes. Fluvij vero Patachan accolarum nullum reperiisse aiebant, quia Christiani denouo illos erant persequuti.

Tum Melchior Dias nostrum Interpretem rogauit, ut eos Indos qui nostra causa aduenerant alloqueretur, ipsi signficaret: nos à Deo, quoniam iesus est missos, per integras nouem annos errabundos orbem peragasse, admonentes quod quod inueniebamus, ut in Deum crederent, et ipsi inservirent, totius enim orbis et quidquid in eo continetur esse dominum, qui bonos viros morientes ad se recipit in celum, ubique mortem amplius metuunt, neque frigore aut penuria illa affliguntur, sed tanta gloria fruuntur, quantum nulla hominis mens capere posset. Contra, eos qui ipsi obsequi non volant, sub terram deprimere in consortium Diabolorum, atque in gentem ignem abijere, in quo perpetuo torquerentur. Deinde, si vellet Christiani fieri, et Deo seruire eorum quo à nobis edocerentur, Christianos, illos pro fratribus habituros, ipsisq; nos imperaturos, ne in posterum eos duxerarent, aut ex suis habitationibus pellerent, sed eorum amici essent. Quod si conuerterent, sibi persuaderent, Christianos pesime illos duxaturatos, et in exteris regiones tanquam mancipia abducentes.

Respondent interpreti, se Christianos futuros, et Deo seruituros. Interrogari, quisnam ille esset, quem adorarent, cui sacrificarent, et à quo pluviam peterent ad sementem rigandam ut melius cresceret, denique reliqua ipsis necessaria. Respondent, viro cuiusdam in celis commoranti, quod autem esset eius nomen, AGVAR, aiebant. Et se credere, illum orbem creasse, et qui liquid in eo contineretur. Se scitatis à quo ista accepissent, dixerunt se à patribus dediti esse, et iam multis facultatibus notissimam in ter ipsos esse vulgariter, se scire ipsum aquam ē iesus demittere, et reliquias responatas. Ipsi porro significari iussumus, eum quem ipsi A.G.V.A.R. vocarent, illum ipsum esse, quem nos DEVM appellaremus, quem si adorarent et colerent, eo quem nos doceremus, ritu bene cum ipsis actum tri. Respondent, quidquid dixissimus probe intellexisse, et id acturos. Monimus autem necesse esse, ut montibus relatis, planam regionem habitatum redirent, suas ades restaurarent, atque etiam unam Deo extruerent, in cuius vestibulo crucem figerent, illi similem, quam nos iste habebamus. Deinde, quando Christianos istac iter facientes animaduixerent, ut sint arcubus et armis, sed cum sola cruce et labaro iis obuiam procederent, et in suas ades deducerent, genitaliterque exciperent. Istaratione Christianos viximus illis nocturas.

Concione finita, et fide ab ipsis data, sequacumque diceremur facturos, Praefectus singulos vestes donauit, lante habuit, et domum dimisit, Deo votum faciens, se nec excursiones facturum in ea loca, que ab India

, nostra admonitione reducibus colerentur , nec passurum ut aliis quispiam faceret , aut mancipia inde abriperet , donec Maiestas Vestræ , aut Gubernator Nunnus de Gusman , vel Maiestatis Vestræ Vicarius , statuerit quod existimarent commodum , ad Dei & Mari Vestræ seruitium .

Et paulo post : Cum ad urbem D. Michaelis pervenissimus , aduenierunt etiam Indi narrantes , ut singulis diebus plerique montibus descendenter magna cura templa exstruerent , & cruces erigerent . Post quintum & decimum diem , aduenit etiam Tribunus Alcaraz , cum Hispanis quibus praerat : referebant autem illi Prefecto Diaz , Indos suos pagos reparare , in planicie , & magnum Indorum numerum inuenisse , quacunque iter fecissent , etiamque locis que ante deserta erant . Imo Indos ipsis obviam progressos cum Cruce & Labaro , ad suas ades inuictasse , & quidquid haberent ipsis adposuisse . Ea nocte inter ipsos dormisse , valde admiratos talem mutationem . Indos autem illis significasse , non securè se vivere , quia Prefectus Diaz , pracepisset , ne in posterum quisquam illius noceret .

Deum autem oramus , concedere dignetur V. M. , ut ipsa viuente & sub protectione vestri Imperij , ista nationes reducantur ad veram Dei agnitionem , qui illas creauit & redemit . Quod existimamus futurum ; nam non adeo difficile factu est , atq. quis existimet . Per his milles enim leucas quas novem annorum spatio mari & terra emensissimus , & decem in super mensibus , à nostra misera capititate hic illuc sine intermissione discurrentes , nullum sacrificiorum , nullam Idololatria speciem in miseriis illis nationibus deprehendimus .

Hac est Hispani hominis Narratio , qui ipse eas Provincias peragauerat , nec ullum ex mendacio compendium expectare poterat . Nune Gallum hominem in medium proferamus , Tribunum , de Brasilia loquentem , quam primi Lusitanis detexerunt , & sui iuris esse afferunt . Totis tamen septuaginta & amplius annis , quibus cœperunt eo nauigare , nondum duodecimam eius partem occuparunt , quia nimis magis sedulius fuerunt in exportandis regionis diuinitatibus , quam incolarum animis sibi deuincientibus .

Is igitur sic scribit : Si ~~████████~~ , qui se illius Provincia Dominos venditant , vere suissent Christiani , & honorem Dei suo quæsus pratuissent , dimidia eorum populorum pars iam Christiana facta esset . Multi enim ex ipsis nosse desiderant quid sit Deus , & valde sunt dociles . ~~████████~~

Si quis autem me interrogaret , cur Lusitanos ferre nequeunt , ut Galli Brasiliam , aliaq. loca ab ipsis frequentata , veluti Guineam , Taprobananam ,

nam, adeant, nullam alliam rationem proferre possum, quam insatiabitur
lemeorū auaritiam in causa esse. Nam licet minima pars orbis sit, nimis et
tamen angustus videtur, ut eorum cupiditatem explorare possit. Arbitror et
ipsos portionem hancisse cui in sparsus fuerit pulsus cordis Regis Alexan-
dri, quae illis tantam fidem excitat, ut ipsis videatur se pugno posse com-
prehendere, quod ne utrāq; quidem manu amplecti possint. Perjuadent et
sunt, ut opinor, Deum terram et mare ipsorum duntaxat gratia condi-
cisse, nec reliquias nationes dignas esse quae nauigent: atque si repagulis mare et
claudere possent ab Artabro Promontorio, in Hybernam usque, tamdu-
rum mare illud interclusissent. Si nauigando Provincia alicuius mariti-
ma prateruecti sunt, illico sui iuris esse pronunciant. Sed talis adquisitio et
facile fiers posset, nemine praesertim resistente. Gratias autem agere pos-
sunt Francisco I. Regi Gallie: nam si licentiam dare voluisse mercatoris
bus sui Regni incolis, eò nauigandi, Lusitanis potuissent valedicere illi re-
gioni. Plures enim Provincias noui istius orbis commercia exercendo et
cum inquilinis, et sola benevolentia nullam tam inferendo adquisuerunt et
quatror aut quinque annis, et longius penetrassent, quam Lusitanis in et
quinquaginta fecerunt: sic ut ne unus quidem Lusitanus tota illa Pro-
vincia remansisset. Hac rona est ex primariis rationibus, cur Lusitanis
nolint Gallos commercia isti exercere. Nam simul atque eius regionis in-
cole Gallorum consuetudinem degustarunt, cum Lusitanis nihil sibi ne-
gotij amplius esse volunt, sed eos odio habent et contentut.

¶ Nec Lectori liberum relinquo deligendi utram magis probabit
opinionem. Ad me quod astinet, maiorem fidem tribuo experto nauis
Prefecto, aut Viatori constanter afferenti que videt, et longo tempore
mores earum quas adiit nationum obseruauit; quam sacerdoti, qui nun-
quam eas regiones vidit nisi in tabula Chorographica, ut Gomara, aut
Prasidem militari qualis Gusmanus, cui utmiserat scopus expli-
res suam auaritiam, et Cesari suas sanguinarias actio-
nes probare, quia tamen postea eius Pro-
vincia Prefectura illum merito summouit.

G Hoieda & Niquesa Gubernatores ferro & flamma in Indos continentis incolas sentunt. Hoieda vulneratur, & fame è provincia electus, ex vulnera in Hispaniola moritur.

C A P V T X I X.

DV circa nouam Carthaginem moratur Hoieda cum Indis bellum gerens, ecce Niquesa superuenit liburnicæ vnius, septem caraueellarum, & duorum phascorum clavis instructus, & cum amplius septingentis militibus prouinciam suam petens. Is socium suum Hoiedam infausto quodam casu ieiunum & afflictum reperit. Ille pauclo ante à Carthagine xii. millia in mediterranea progressus, ingentis præde spe & cupidine illectus, genti cuidam infesta armam intulerat, quem Indis credidisset affirmantibus eo loco magnam vim auri reperturum. Sed ex ea expeditione nihil præter vulnera & detrimentum ingens retulit. Eius enim populi Cacicus, haud dubius aduentare Hispanos, Indorum multitudine excita, paratus in armis hostium aduentum exspectabat. Qui ut apparuere, tanta in eos vi irruerunt Barbari, ut Hoieda fugam capessere, amissis septuaginta quinq; militibus, & ad mare regredi coactus sit.

His auditis qui superuererant, consilium ineunt, & iunctis viribus in eius gentis sineis impetum facere ac suorum cædem vlcisci statuunt. Itaque sub vesperam maxima militum pars silentio è castris profecti, modico ac suspenso gradu medio itinere confecto, sub auroram Indos securos & somno torpidos opprimunt. Illi excitati vulneribus & ad nec opinatum tumultum pauentes, insuper etiam mapalium incendio perterriti, præcipiti fuga velut cæci euadunt: sed obseptis à milite itineribus incidentes in armatos cæduntur alij, alij incendio petre quam Hispanorum manibus præoptantes, in igneis semetipsi præcipitant. Erantei populo centum fermè casæ contextæ arundinibus & foliis palmarum contextæ. Omnes ferro flammaque absumpti sunt, præter paucos, quos dubia adhuc lucis obscurio fuga discriminieripuit. Sex modo capti sunt & Hoiedæ in seruitutem traditi: viatores, quum frigefactis cineribus autum querentes per pauperrimum inuenient, eluia auaritia nec præda pro ipso inuenta, male alacres Carthaginem regressi sunt.

INDE soluens Niquesa & directo in Occidentem cursu oram præterlegens, Prouticiam suam querere institit. Hoieda quoque & ipse

ipse præter oram nouæ Carthaginis vetus, ducenta ferè millia à Carthagine sinum Vrabensem ingreditur, & ibi equis, machinis, omnique commeatu in litus exposita, ædificia moliri & crebris excursiōnibus eas gentes infestare cœpit. Indi sars gnati quid Christiani quererent, rudis auri massas & monilia per vias ipatgebant: mox intentis arcubus abditi Hispanos, simul ut se se ad colligendum aurum de-
miserant, venenatis sagittis figebant.

*Barker illi
Barbarum a-
servariem cla-
duer.*

Duxi eis prouincia finis Hispaniæ populantur, Indi cuiusdam reguli vxoret fortè inter ceteros captiuos abduxerunt. Is Gubernatorem adit, aliquot amicis comitantibus, vxoret se redimere veile simulans, & dare quidquid ille peteret: sed ut in eis conspectum venit, magnificè exorsus, non cum tantum contumeliosi verbis, sed re ipsa quoque violat, & sagitta venenata configit. Milites audito clamore accurrunt, & circumfusi Regulum cum coniuge & sociis obtruncant. Gubernatoris femur saucium, igni (ut fieri consuevit) medicatum est, & veneno non satis valido vt cunque sanatum.

*Regulus
non compul-
de missis
barbae tir-
ratur.*

HISPANIÆ tantam in hostiis animi magnitudinem demirantes, & ab illis dum animosè libertatem suam defenserent, multos iam ex suis interfectos: alios ex intemperie corli vulgatis morbi quotidie interire, de Gubernatore conqueri incipiunt. Se videlicet ab eo in eum locum deductos, ubi propter impeditos saltus & densissimas silvas ne quicquam arma & vires experirentur.

PER eos forte dies ex Hispaniola nauis viris & commeatu onusta ed appellens, recreandis omnibus plutimum profut: nec propterea tamen si remitus militum & seditionis clamores leniebantur. Quinetiam quum vehementius quam antea ardescerent, Gubernator circumiens omnium vicem confolabatur, bono animo eos esse iubens: breui Ancisum baccalaureum ex Hispaniola cum subsidiis & commeatu ad futurum. Sed verba frustra erant, & surdis hæc canebantur, metuentibus videlicet, ne tandem Indos pascerent. Itaque maxima eorum pars phaselis inde fugere clanculum moliebantur.

HIS audiens Gubernator, tum ut seditioni obuiam iret, tum ne irritio incepto ditissimam prouinciam relinquere cogeretur, nauem quæ venerat consendens, legatum in suivicem Franciscum Pizarrum reliquit: pollicitus breui le ex Hispaniola cum commeatu & cœrentium militum supplemento reversum: ac nisi quinquagessimum intra diem rediisset, potestatem sociis faciens, ut quomodo cunque visum esset, rebus suis consulerent. Is fuit Pizarrus, qui possea cum Didaco Almagro amplissimum ditissimum quere-
gnūm

regnum Peruanum reperit & subegit.³ Hoieda multis conflictatus laboribus vix tandem Hispaniolam tenuit, vulnera nuper accepto admodum gravis: vnde paucos intra dies summo cum dolore moritur.

1. De venenatis Indorum sagittis & remedio vulnerum, vide supra hoc libro cap. 3.

2. Hic fuit Pizarrus, qui postea Caroli V. imperium noui eius orbis Peruanus provincias ampliavit, Attabaliba Rege capto & interempto: mox Marchionis titulo auctus & consortis impatiens, Didacum & Almagrum, qui cum fortunarum & periculorum societas erat, Ferdinandi Pizarris fratris sui opera, de medio sustulit: ac vicissim ipse ab Almagri filio, Ioannis Rade & aliorum coniuratorum opera, Lima domi sua interfectus est, Anno M.D.XL. De eo fuisse lib. 3.

3. HOIEDA iste, postquam in Hispaniolam peruenit seu dolore vulneris retentus, seu deficiens ad redditum necessarius: tandem, abiecta & provincia & vita spe, Franciscanorum ordinem subiisse (velut ultimum desperatorum perfugium) & in eocultum mortuus, fertur.

*F*ranciscus Pizarrus Hoieda legatus, è continentis Indie cum suis fame expellitur. Ab Anciso Pratore resuertis cogitur. Ancissus, victoria aduersum Indos positus coloniam condit. Valboa, tractis in partes Hispanis aliquot, ab Anciso secedit.

C A P V T X X .

Hispani fam
ex India con
tinuum expel
luntur.

Porta, insa
la.

A m duo præterierant menses, nec credibat Hoieda. Itaque Pizarrus, subigente fame, cum lxx. Hispanis (qui ex trecentis reliqui erant) duobus inde nauigiis soluit. Sed quum circa eius ora litora erraret, sicundे alimenta expedire posset, mox repetendæ Hispaniolę proposito, ingruente procelloso ventorum turbine, è duobus phaseolis alter, cum omnibus qui in eo erant, id est, dimidia sociorum parte, haustus aquis petuit. Nonnulli ab inusitate magnitudine pisce eius gubernaculum frangi & excuti viderunt.

I N D E Pizarrus in Insulam Fortem ciectus est, in cuius litus quum aquatum egredi vellet, et si pacis amicitia & que signa ederet, ab Insulanis prohibitus est. Itaque desperabundus, quum super omnia saeva atque aspera, cœlo ac terra infelix, fatigatos etiam fitis exuret,

ret, litus aliquid tutum quò exscenderet quærebat.

SE DIAM mitiore & mutata in melius fortuna, ecce in bacca-laureum Ancilum incidunt, quiliburnicam vnam & phaselum virtis commeatuoꝝ onusta Hoiedæ subsidium ducebat. Pizarrus eo occursu mirifice setus, ei primum suos casus, deinde ut quò ire vel-lent permisisset Gubernator, exponit. Ancilus primò non credere, istos ob maleficium profugisse ab Hoieda suspicans: mox ut ea vera esse competit, ingemuit, & illos poni subsequi iussit. Pizarrus ad huc supplex orare ut has infelicitis exercitus reliquias afflitas & æ-gras in Hispaniolam perduci se fineret. Quod quum Ancilus ab-nueret, tum infirmi milites idē precari, & L. aurii libras offerre: quas haud grauatae accepisset, ni criminis id sibi verti metueret. Ergo grati-as agens munus repulit: ipsos vtique consolatus, breui reddituras illis vires & primitam valetudinem, noui sui cōmecatus ope: quum non aliunde morbos contraxissent quam ex miseriis & fame. Ita haud procul Carthagine naueis applicans, in Comaḡa litus ad a-quandum egreditur.

INDI quum nec Niquesi nec Hoiedæ eas naues esse agnoscen-ti, aquari Hispanos, ceteraque inde sumere quę necessaria essent, multum mirantibus omnibus, permittunt. Mox itidē soluens An-cilus in Vrabam venit, vbi quum in eundem locum appulisset, in quem autè Hoiedæ exscenderat, Nauclei imperitia, nauis prætoria scopulo illata est, & ea mox aquis hausta, equi ceteraque animalia periisse: milites ipliægre, nulla prop̄ re præter vitam incolumi, eu-a-setunt, quam & ipsam ne breui fame amitterent, omnes metuebāt.

IPSE Ancilus, naue amissa & haustis commeatibus, quum iam milites herbis & agrestibus pomis, quæ in maritima ora reperi-ebāt, vescentes cerneret, in mediterranea progrexi statuit, satius for-titer pugnando occumbere dictitans quam turpiter fami tabescen-tes mortem expectare. Itaque cum centum Hispanis prosectorum est: sed vix quatuor milia pass. progressi erant, quum occurrentis sagitta-torum agmen Hispanos audacter inuadere & sagittis cōfigere in-cipit. Itaq; illi subacti terga vertere, & terram ipsam & gentem, tam lethales sagittas mittentem, exsecrantes trepida fuga litus repetunt.

MOX quum nulla inde alimenta expediti posse Ancilus vide-ret, cognouissetque è captiuis ex aduerso non procul sinu, cam-pe-strem cīle planiciem, frugibus, fructibus aliisq; vitę subsidii abund-antem, cum centum Hispanis & duobus phaselis in aduersam si-nus partem traiicit. Indi primò aliquandiu nouam gentem & co-rum consiliū cūuentum quieti spectabant. Mox vero ut apparuit illos

Hoc non
mirum
neficiabit
Indi, Ex
vno noſce
emissi.

M ibi

ibi sedibus locum legere & ædificia moliri, ad eos arcendos arma capiunt. Altera parte quoq; Baccalaureus aciem instruit, nilq; barbarorum audaciæ & sagittas metuens, impressionem facit, nuncupato prius voto, se sacrâ ædem è Cacici domo facturû. Manus conferunt, fit atrox pugna, utrisq; fortiter dimicantibus: tandem Indi, quum hostium vim sustinere non possent, in fugam vertuntur. Ea res Hispanis iam fame cæcis robur & audaciam accedit: fufos hostes persequuntur, & omnia cædibus complent.

HISPA NI ea victoria potiti, eius gentis pagos inuaduut: vbi panis, fructuum, radicum, aliarumq; rerum copiam naæti, barbaricis cibariis corpora strenue reficiunt. Posthæc vicini fluminis ripam sequentes, in arundineto lodiæs, stragulas, scitilia & lignea vasa & amplius duo mille & quingenta pondō auri laborati reperiunt, quod Comaccus, eius populi Regulus, ne in manus Christianorum veniret, abdiderat. Neque profecto ab illis repertum esset, nisi vbi lateret, Indos tormentis fateri & prodere coegerissent. Baccalaureus multas de victoria Deo gratas agens, locum¹ Antiquam Darienis appellat: minifice quoque lætis militibus ob tantam auri copiam repartam, quippe sine eo male alacres & parum expleta cupidine reuerte bantur.

Factiones inter Hispanos &c in mediis calamitatibus. IN TEREÀ Baccalaureus missis phæselis Hispanos, quos in aduersa sinuus parte reliquerat, accersit, qui vt venerant, breui in factiores discessere: quū videretur Baccalaureus in diuidendo auro & spoliis partium magis & priuati emolumenti curam agere quam iudicē deceret. Itaq;² Valsus Nunez Valboa, procax homo & seditionis, cū factioñis suæ popularibus secessit in partes, ac se Hoiedæ Iurisdictioni nō ultra subiici dictitas, licere omnib. Præfectis esse contedebat: nec se Baccalaureo pariturū, qui in iure dicendo priuato magis quæltui quām cōmuni omniū vnitati consuleret, nihilq; præter literati nomen haberet, re ipsa vulpem astutissimam referens.

DVN Ancifus & Valboa ita inter se altercando & iurgis tempus terunt, ex Hispaniola soluit Rodericus Colmenares, duab. catauellis nouum hominum supplementum & commeatus subuehens, Hoiedæ militibus auxilium, quos in summis rerum omnium angustiis veritati acceperat. Inde cōtinentis oram tenuit ad prouinciam Carthaginis, & aquæ penuria laborans, ad fluminis ostium applicuit. Simul quinquaginta milites, qui nauticis aquantibus præfido essent, in litus exponit. Illi egressi in terrâ, vt si in tuto & pacato essent, veluti per iuuenilem latciuiam saltare alacres & vitulari coeperunt. Sed Indi, qui catauellas fluminis ostium subeuntes con-

spexerat, frequentes cum arcubus & sagittis, subire silvas, atq[ue] inde in Hispanos in licore securos ac solutos de improviso impetum facere, tanta ac tam festinata vi, ut ne vni quidem ad evadendū quidam spaciū relinquerent. Eodem vestigio scaphas confringunt, ferociter etiam aliis qui in carauellis erant minantes, procul significant, quantopere illis potiri cuperent.

COLMENARES Indos adeo actes bellatores expertus, sicuti aliquando pati quam Barbarorum manibus interire praetoptans, sublati sancoris, inde in Vrabam propere vela dat. Ibi, repertis tantum quibusdam coloniis ab Hoieda positae vestigiis, multū obstupescēt, ac ne omnes à barbaris laniati essent metuens: tandem ad nauicis regressus, sub noctem, ut si forte alio migrarent, suum ipsis aduentum significaret, tormentum vnu displodi iubet. Quo signo edito Hispani, qui in Antiqua etant, praefectum suum adesse rati, crebris & ipsi extemplo ignibus excitatis in montium & collium speculis, si non procul abesse admonent.

ORTA luce Colmenares, qua fumum euolutum conspexit, eōflectens ad Antiquam appellit. Tum inter eos ingenti lætia consalutatio facta, & mutuo alij alios amplexantur, diuersis vtrinque cupidinibus, illi ciborum desiderio, hi auri fame ardentes. & (sicuti dictum est) Indi maximam colonorum partem trucidaverant: ceteri petere ab indigenis cibaria, aut procul queritando viētum expedire non audebant, tantus sagittarum timor incesserat. Itaque tegminibus laceris, seminudi, strictis arborum frondibus, agrestibus pomis, & herbarum radicibus, aliisq[ue] similibus, ægre in opiam sustentabant.

1. *Vouerat Ancisus Virginis simulacro, quod sub nomine B. Marie Antiqua Hispali sacramentum est, non tantum aurea argenteaque, dona è manubiis: sed se adem quoq[ue] illi sacram è Cacici domo, & Coloniā mox eo loco extruendam ipsius nomine insignem facturū. Ergo voti damnatae, impositam ripa fluminis coloniam (quod Darien vocat) Antiquam Darienii nuncupat. Ea, quam Ancisi auspiciois Hispanis colonis frequentari capisset, paulo post pestifero palendum balitu & insalubrium aquarum poris infamis, ab incolis deserta est.*

2. *Hie postea Mare Australē (vulgo Mare del Sur) primus repetit: moxq[ue] eius ora Praefectus designatus, à Petro Aria, saceroto suo, seditionis reus peraltus, & capitali supplicio affectus est. Vide infra hoc libro, capite 24.*

G Didacus Niquesa in Veraguam prouinciam suam tendens
aberrat à cursu, & naufragium facit. Renectus
ad suos Veraguam, ut insau-
flam relinquit.

CAPVT XXI.

Niquesa
errore.

RIUS QVAM enarrandis istorū Hispanorum discor-
diis finem faciam, Didaci Niquesae errores & casus ex-
ponere hic me necesse est. Is quum Carthaginis ora
soluens in prouinciam suam tenderet, caraueilla vna &
duabus biremib. præuectus cæteras naueis pone sub-
sequi iussit. Sed dum nauigat, noctu coorta tempestas biremes dis-
iectas à caraueilla abripuit. Luce orta quum biremes in vnū coi-
fent, nec caraueilla in conspectu esset, & ignota regio, quo aut qua-
irent, incertū faceret: tandem retrò proras vertere rectores statuūt.
Ita terræ applicant naueis, & oram præterilegentes vñq; ad os Ciagri
fluminis, cæteram ibi classem & socios repetiunt. Vbi quum nihil
certi de classis Praefecto cognouissent, cum tandem se inuenturos
rati, omnes inde abeunt. Centum millia emensi, quū ulterius pro-
gredi non placeret, iaciunt ancoras, & explorandi aditus gratia, &
qua commode terra prehendi posset, scapham ad litus & oēto nau-
ticos mittunt. Sed quum forte commotum mare esset, & nautæ re-
mis pertinacius euerberantes vndas superare contendarent, obruta
gurgite scapha cum septem nautis demergitur. Octauus fluēti-
bus siccō strenue euoluens, nando ad terrā eusit. Nauium magistri,
scapha in omnium oculis amissa, dum omnis pelagi furor caderet,
exspectant: mox tequenti die, æstu posito, phafelis & biremib., e-
quos, machinas, & commeatum omnem, in litus exposuere.

^{"Olanum}
^{ali vocat.} IN DE Lupo "Olando, dum Niquesa rediret, summā imperij
deferunt. Is quō omnē sociis spem fugæ tolleret, naueis fluētuantes
temere ad litus ferri atq; allidi sinit: mox, nimis festinati confilij er-
rone animaduersio, è fractarum nauium tabulis caraueillam vnam,
ad subditos & necessarios viſus fabricari iubet. Inde casas moliri,
Maiziū seminare, & aliquot eius oræ loca perugari, cœperunt: sed
omnes ferme pagos incolarunt fuga desertos reperiebant. Quippe
Indi formidine in montes refugerant: & cæ profecto gentes, quum
id sibi minus conducere arbitrentur, elici ad certamen nequeunt,
neq; cum nostris hominibus manum conserere curant: nuda vide-
licet ac sterili terra tatis pro ipſis aduersus aduenas pugnante, qui-
bus nihil præter famem relinquent.

Dym

DVM hęc Olandus agitat, ecce tres nautę scaphia eō appellunt, qui ab Niquesia praefecto aufugerant. Illi de Niquesia interrogati renunciant, illum, caraella amissa, in Zorobarensem quandā insulam eiectū, & iam tertium mensē per montes siluos, & solitudines avias sine ullo humani cultus vestigio, errantem, victu infelici, siluestribus pomis, & vulvis herbarum radicibus vitam trahere. Olandus exemplo biremem ad eum aduchendum mittit. ea vbi Insulam attigit, nauim descendit Niquesia cum paucis illis qui supererant militibus, & ad exercitum suum venit. Ibi plurimum de Olando conquestus, proditionis cum insimulans, quod neglecta Niquesia
praefecti sui īalute & omisſa cius vestigā ī cura, naues litorū illis sūllet, quam in Veragoa pro the-
lito cae-
bos re-
petat, ut summum eius prouinciæ imperium inuaderet: mox se ex illis sedib. excedere velle militibus denunciavit. Illi haud procul absesse matunitatē frugum quas seuerant monentes, paululū spatij ad metendum orabant: sed ipse frugum iacturam quam vitæ facere malle respondit, neq; diutius tam infelici terra confidere velle.

PLACET nonnullis italo quatum Niquesiam vt Olandi gloriam minueret: verum opinore iuicemodi scriptores, sicā prouinciam perambulasset, vt à Niquesia & aliis multis, & à meipso quoque, peragrata est, nunquam fuisse scripturos eam editā à Præfecto vocem, velle se inde excedere, vt alterius gloriae officeret. Sed ne si velim nunc plenam horridæ illius & asperrimæ prouinciaz descriptionem edere, longius ab instituto abstrahar, tam commodiori loco referuo. Quippe id mihi propositum, breuem hanc mēā Historiam quam accommodate fieri poterit, pro exiguo ingenij mei modulo contexere, quo facilius res maxime memorabiles visas à me, aut quomodo cōsūm cognitas, quæ illis in terris accidēre, ordine exsequatur: tum peregrinationis meæ casus & errores exponam, quę mihi quatuordecim annorum spatio per infra scriptas prouincias exacta est. Primum enim in Insulam Vnionum appulsus, mox Paracensis sinus tum orientalē tum occidentalem partem perlustrauit. Inde Insulis Margarita, S. Ioannis, Hispaniola & Cuba peragratiss, in continentem regressus, ad prouinciam Carthaginis applicui: & Summa
Indice
peregi-
nationis
à Benoa
ne con-
fedit. oram sinus Vrabentis prætereactus, in Achlam: vnde Australimati trajecto Panamā (quę prouincia ab Hispanis " Castella autea dicuntur) & ex Nomine dei Veraguā & nouam Carthaginē, Costamricam, Caput-Fondurensē, Vallem Olonchiam, prouinciam Cuatimalam, & Nicaraguam adiij. Post denuo in Panamam transgrefsus, regnum Peruanum ad extrellum obii aliasq; præterea Insulas, " De eius
nomina
ratione,
vide hucus
lib. cap. 12. vt quouis loco planum faciam.

G Niquesa Veragua relicta, Nominis Dei colonie fundamenta ponit.
 A Darienis suis colonis ad componendas rixas arcessitur. Mox
 ob inconsulte tactas voces probroso expellitur
 ab Anciso & Valboa, factio-
 num ducibus. Mors
 eius.

CAPUT XXIII.

P OSTquam Niquesa sententia stetit Veragua excedere, tanta militum & nautarum multitudine, quantum carauella noua & duas biremes capere poterant, descendere iussa, ceteros fortunae arbitrio permisit, fide tamen illis data, se simulac idoneum coloniae condendae locum nauctus esset, illico ad eos arcessendos missurum. Sed postea rebus illi vnde impropere cadentibus, id praestare non potuit.

PORTUS bellus.
Nominis Dei colonia exi- gitur. INDE soluens, portum tenuit, cui Bello, id est Pulchro, nomen est, sic ante ab Almirante Columbo nuncupatum, quod amoenissimo & opportuno situ pulcherrimae condendae urbi sedē praebeat: sed Indi Niquesam eō appulsum, maxima militum parte amissa, regredi ad naues coegerunt. Itaque ad promontorium Marmoris prouectus, feliciorem sibi rerum cursum quam antea promittens, in nomine Dei (inquit Iuis) egrediamur in terram. Inde nomen postea loco mansit, ipse quo se aduersus Indos infestantes defendebat, propugnaculum è ligno raptum exstruit.

Niquesa finlandis Darienae colonorum similares arcessuntur. INTEREA dum Niquesa, circa ea loca variis ærumnis molestissimè conflictatur, inter Hispanos Darienis colonos discordia studiis accensæ indies magis ac magis crescere, aliis ad Valboam, aliis ad Baccalaureum Ancisum imperium trahentibus. Alphonsi Hoiedæ milites omnia ita agitari misceri, agre ferentes, priusquam res ad ultimum discriminis certaminibus veniret, mittre in Veraguam ad arcessendum Niquesam statuunt, qui imperio suscepto, donec à Rege alius præficeretur, simultates Hispanorum & seditiones finiret. Itaque, quamquam ne id quidem nisi ægre obtineri potuerit, intercedentibus aduersariis neque assentiri volentibus, honestorum tam aliquot vitorum pacisq; ac quietis publicæ amantium interueniū effecit, missusq; ad Niquesam arcessendum Colmenares.

IS duobus phasculis oram præterlegens, eum tandem debilem, squalidum, seminudum & victus egentem ad Nom en-dei reperit. Niquesa, qui quiduis sibi potius eventurum quam illud auxilium sperasset,

sperasset, magnam vim lachrymarum profundēs Colmenarē amplectitur, & tanti beneficii ingentes gratias agit: mox infelicem hātenuis suam sortem miseratus, mala & ærumnas quis conflētatus erat, exposuit. Colmenare, vicissim sui ad eum itinens causam & quibus moti Antiquenses eum accirent, aperit: dcinde ipse eum solatur & bono animo esse iubet: quippe ditissimam esse prouinciam in quam vocaretur, ibi q̄ eum superioris temporis damna & incōmoda futuri prouentu facillime larturum.

I T A Q V E Niquesa cum septuaginta quinq̄ Hispanis, quos ex omni exercitu reliquos habebat, nauim concēdit: & dū nauigant, multa vana de Baccalaureo, de Valboa aliisq; multis ffolide iacere cœpit, haud dubie p̄ se ferens, simulac prouinciā attigisset, anim aduersurū in eos, aliosq; abdicaturū dignitatibus, alios auro & pecunii multaturū, quippe id habere ipsis non licere sine tuo vel Hoiede permisso, qui à Rege Gubernatorū titulū atq; in vtratm̄q; prouinciā imperium accepissent. Multa præterea alia inconsulte effudit, que plutiū auditu excepta, exitū ipsi attulere. Nam vt in Antiquā appulerant, subito egressi in terrā aliquot Hispani ad Consiliū ciuitatis verba & minaces Niquesē in eos voces referunt. Inde maxima ferme omniū aduersus eum indignatio coorta. Itaq; vix nauis egressum certatim minas probraq; ingerentes præcipitē Antiqua expellunt, & inhumanissime cum suis Lxxv. Hispanis, soluere Niquesē cogunt. Ipse multum mōrens abiit, & eam oram præternauigans quum ad aquandum forte in littus exscendisset, ab indigenis cœfus cum omnibus sociis & comeslus est. Hunc Didac. Niquesa vi- tæ & suscepit in Veraguā expeditionis cum exercitu exitū habuit.

1. **N I Q U E S A** iste, lingua & tra impotens, quam mala exasperaverat, Dominicam reīla petere, atq; ibi apud Regia curia Iudices Vascones & Ancifum de vi reos agere, in animo habebat. Creditur in itinere meritus fluctibus, causam omnem & sua iusta secum ad p̄fices tulisse. Prodere alii, quum Veraguam iterum cogitaret, applicuisse ad quendā eius ora fluvium: mox adhuc flumine inuestum & in terram egressum cum omnibus sociis, à Barbaris mactatum esse: atq; ex eo easū iuditū fluminī nomen, quod non procul Zorobarenibus insulis Flumum Perditorum, vulgo Rio de los Perdidos, vocant. Cui opinioni causam prabuit, quod in huius flumis ripa hac verba arbori inscripta reperta sunt: Hac, mixto errore lessus, Didac. Niquesa infelix transiit. In tantā prodentium varietate, nihil habeo quod affirmem. Sed vtcung, ea res sit, iffe, cū collega suo Hoieda, infelici exitū insigne documentum prodiit mortali bus, quantum malum sit Avaritia.

Anci-

Gencis à Valboa in vincula coniugitur. mox solutus in Hispaniam concedit. Valboa Australe pelagus detegit. Petrus Arias Gubernator ex Hispania in Antiquam missitur.

*Is auare & crudeliter habitos Indos
aduersus Hispanos odio im-
placabili inflam-
mat.*

CAPUT XXIII.

Hispano-
rum feda
inter se
extrema-
na.



Ost discessum Niquesa, inter Antiquenses colonos renata subito feedior priore seditio est. Valboa satis gnarus se viribus Baccalaureo superiorem esse, vespera quadam in eius domum irrumpens, hominem corripit iubet, & pecunias eius fisco addicit. Prætoriam potestatem priuato cōsilio sine autoritate regia usurpasse insimulans. Neque Baccalaureus Regii diplomatis & mandati exemplum proferre poterat: quippe amillum inter alia quum prætoria eius nauis in sinu Vrabensi frangeretur. Valboa vero postquam aliquandiu Baccalaureum in custodia habuerat, tandem emisit: moxq; discessum apparantem, summissis qui rogarent, oblata summi Prætoris iuridici dignitate, retinere conatus est. Ille vero remisso stomacho- se beneficio, in Hispaniā concessit, libellum accusatorium plenum querelarum in Valboā secum ferens: quem quum Indico senatui obtulisset, atrox in Valboam sententia lata, sed cuius nulla exequitio post sequuta est, propter mare Australe ab eo repertum.

Barbari
Hispano-
rum aua-
tum ca-
figant.

BACCA LAUREVS abierat: Valboa auri cupidine in mediterranea progressus, cum aliquor regulis amicitiam contraxit: in iis cū Panchiaco quodam, à quo ¹ pelagi Australis notitiam habuit, & ab eodem illo deductus est. Eum postea, quum baptisandū cura- set, Carolum nuncupauit. Is ipse Cacicus quum Valboā grandem auri vim dedisser, ortaq; forte inter Hispanos in eo diuidendo rixæ essent, libram & lances pugno ita feriit, ut omne aurū humi disper- geret, simulq; addidit: Non parum equidē vos miror, Christiani, quod de re adeo vili tanta inter vos oriantur certamina, perinde vt si ea res esui aut potui esset utilis. Verum quando vilis metalli tanta cupido vos tenet, in eum locum deducere vos volo, ubi auri sitim abunde expleatis. Secundū hæc diēta, eos ad mare Australe deduxit. Valboa ingentes in ea prouincia opes nactus, Castellam aureā ex eo nuncupauit, in qua nunc sita est Panama ciuitas.

INDE

In re varia eius prouinciae loca perambulans, felicis semper successu, se numero per iuri speciem suitiam aduersum Indos auri cupidine exercens, magna cum auri & cynionum vi Antiquam Darienis regressus est, ibique decretis supplicationibus, propter repetum ab eo ingentibus cum diuitiis Australe pelagus, festo apparatu & solenni pompa à colonis obuiam egressis exceptus. Mox nauis in Hispaniam misa & scriptis ad Regem literis, retum à registarum successum simul & praefentem statum exposuit: Australe iam mare ab se apertum: proinde suppliciter ab ipsis Maestate petere eius prouinciae praefecturam sibi concedi & mille homines mitti, quo facilius eas gentes subigere & regere possit: ceterum polliceri se breui ingentem vim opum repertum, ut facile ex epis initis ac documentis colligi posset. In cuius rei specimen vingtiquaque ingentis magnitudinis vniōnes ad eum misit, & triginta milia ducatorum, collecti auri quintam Regi debitam, aliaque præterea munera: quum iam antea quoque magnam pecunie vim misisset, sed nauis qua ea deferebantur, cum honibus omnibus demersa perierat.

Rex munus, & vecigal quinta & Valboa literas, lato animo accepit, ex quibusquum intellexisset repertum ab eo Australē Oceanum, sententiam aduersum eum latam antiquat, eique attributa noui maris praefectura, mille Hispanos in suplementum mittit. Ceterum Antiquæ Darienis Petrum Ariam Abulensem praeficit: Episcopum vero designat fratrem "Gobatum, ordinis Franciscanorum, concionatorem suum. Inter alia vero quæ Praefecto in mandatis dedit, diserte edixit, ut clementer ageret cum Indis, pacemque illis ante arma offerret. Denique ex praescriptis Hoieda & Niques mandatis ageret: semperq; predam ac res quæfitas cum sacerdotibus & monachis participaret, qui ad eas gentes conuertendas commeabant.

His mandatis atque imperio instrutus Petrus Arias, è portu S. Lucari, Anno M. D. XIV. quatuor nauibus & caraueillis undecim soluit, cum mille & quingentis Hispanis. Ad Antiquam reappulit, Valboa cum omnibus amicis obuiam egressus, eum summa alacritate excepit, & apud se in hospitio habuit. Mox quæcunque animo incepta destinabat, ei penitus aperiens, simul qui prouinciarum status esset exposuit. Lætissimo animo audiuit Gubernator, maximam carum gentium partem Hispanorum amicitiam colere: itaque in Tumanama ædificia moliri coepit.

IN D E Ioannem costam cum quadringentis Hispanis in Comagram ad quærendum aurum duabus carauellis dimittit: is non tantam copiam nactus, quantam infatibilis ipsius auaritia concupiceret, quotquot regulos in potestate habuit, omni genere cruciatus vexare institit: ut cogeret fateri vbinam aurum abdissent.

Panchiaci
humanitatis
indignatio
nem cede ab
Hispanis
penatae.

Christia
num no
men ob
Hispanis
maleas
dit.

Quin etiam ne Panchiaci quidem subditis pepercit: & spoliis ac manubiis in eos grassatus socij reguli animum adeo ab Hispanis alienauit, vt tantum illis infensus esset, & quidem merito, quantum ante amicus fuerat. Præterea quum magnam eius clientium partem lapidibus obruisset, Indos rei indignitas adeo accendit, vt concursu facto & ingenti tublato clamore in Hispanos irruerent, subinde iterantes, Impii isti, scelerati, ac perfidi Christiani pereant, indigni quos terra viuos sustineat. Simul Hispanos complures trucidant. Tribunus ipse cum reliquis militibus & spoliis caraella vna imminentem pestem effugiens, Antiquam repetit, non sine maxima Gubernatoris culpa, qui tanta scelera inulta atque impunita omittet.

IPSI poterat alios Tribunos militares & duces per diuersa eius oræ litora dimisit: in iis Bartholomæum Vrtagum in Achlam, qui egressus in terram, per simulationem pacis, quoctunque Indos assequi potuit, rapuit & pro mancipiis vendidit. Fernandus Valesius in Caribananum cum octoginta militibus profectus est: sed vix in hiis exscenderat, quum ecce Indi audaciter impetu in Hispanos facto, quinquaginta interfectis, cæteros regredi ad nauim & inde excedere cogunt.

TA Hispani, propter aduersam famam atq; opinionem, quā de se ipsi apud omnes commouerant, tanto vbiq; odio flagrabant, vt ne eorum quidem conspectum indigenæ ferre possent: & vtrinque qui dem, dum Hispani Indis libertatem eripere student, Indi eam actiter defendunt, ad extremam prope perniciem atq; intercessionem ventum est. Ac, quamquam omnis eius ferme oræ accolæ humanis carnibus vesci contueuerint, ex iis tamen nonnulli Hispanorum cadavera, qui prælio occiderant, cæteris mandentibus, atq; cibo abhorrebant, veritatem nempe, ne etiam tum cæcans corporibus suis aliquid damni adferrent.

Barbari
Hispanis
capiti, qd
feda ex
probatio
ne auari
zia, ambi
in os in
fundens.

QUOSCVNQVE capiebant viuos, militares præsertim duces, reuinctis manibus pedibusq; proiiciebant in terram: mox auro in os iacentis infuso, cum hac exprobatione auaritia, EDE, ede aurum Christiane: ad maiorum cruciatum ac probrum cultellis lapideis alias brachium Hispani, alias humerū, alias crus, abscondebant

debant, & subiectis pruni torrentes cum cantu & tripudiis mandebant: ossa vero suspendebant in delubris & principum ac Regulorum domibus, trophyum & monumentum victoriae.

1. *Australe pelagus hic intellige, non quo recta in Austrum nauigatur, aut quod polo Antartico subest: sicut nec per Septentrionale intelligi debet mare Glaciale, & quod arctico vertici subiectum est. Sed quum India continens duplci utring, alluat Oceano: qui in Meridiem & Occidentem vergit, Australis, vulgo Mare del-Sur: qui in Orientem & Septentrionem, Septentrionalis appellatur, vulgo Mare di-Tramontana.*

*Christophorus porro Columbus primus de Australi Mari intellexit, quarta sua in Indiam nauigatione, cum continentis littus de-
xist, & fretum inuestigauit per quod in mare illud penetrare posset.
Primus tamen conspicuum eius habuit is Tribunus Valboa, cui ab
Indo quopiam indicatum fuit hac ratione. Valboa cum irrequieti es-
set animi, bellum inferebat Regulis Indis, donec perueniret in Provinciam Reguli cuiusdam, cui nomen Comogro, cum quo sedus inist opera
alterius Reguli amici, & trium Hispanorum, qui idioma illius regio-
nis callebant. Habebat Comogro septem filios, quorum primogenitus
minime stupidus ingenii, ut solent esse Indi, patrem compellauit his ver-
bis. Hi peregrini barbati, qui ad te venerunt, omnibus promiscuebel-
lium inferunt, & duntaxat ex prada vivunt: itaque expedit, illos bene
excipere, & liber aliter tractare, ne tuis praebeatur villa occasio tibi &
tuus nocendi, ut illos alios nocuisse intelligo.*

Hoc probato consilio, Comogro & Panchiaco eius filius, perbe-
nige Hispanos exceperunt: & cum animaduerterent eos supra omnia
aurum expetere, miserunt Valboa & Colmenari eius comiti aurum
elaboratum in vasa & monilia, ad estimationem quatuor millium ca-
stellanorum, & sexaginta mancipia in eorum usum. Dum aurum hoc
pendunt Hispani, rixari caperunt inter se, adeo ut eductus gladiis alter
alterum ferire vellet. Quod conspicatus Panchiaco, aurum cum tru-
tina euertit, & per interpretem eos alloquitur: Pudeatne vos Chri-
stianos, pro re tantilla rixari, & hac pocula & monilia tam affabre ela-
borata, sic corrumpere? Si tanta auri cupiditate ardetsis (apparet enim
illius solius causa vos ita vagari, & turbare in uniusi orbis quietem,
relitia vestra patria, & tot difficultates tolerando) regiones vobis de-
monstrabo, in quibus abundantissime aurum inuenietis. Maiore ta-
men numero vos esse oportebit, ut Regulos quosdam potentes, per quo-
rum regionem aperiendum vobis erit iter, superare possatis, prefertim
quendam Tumanama nomine, Regem potius, cuius provincia val-
de dñe*N* 2 de dñe*S*

» de diues est eius rei quam maxime expeditius: qui haud dubie vobis ob-
 » viam progredietur. Eius Provincia sex Solibus duntaxat hinc abest,
 » (hoc est sex dierum itinere: solent enim Indi diurni itineris spatia per so-
 » les numerare, non per Leucas nostro more.) Deinde vobis superandi e-
 » runt montes illi quos conspiciatis ad Meridiem spectantes, in quibus ha-
 » bitant feri quidam homines, Caribes appellati, ~~incorrum~~, nulli Princi-
 » pi, nullis legibus subiecti, & in otio viventes. Deseruerunt isti suas sedes
 » olim, ut aurum ubicumque possent adquirerent, quod cum captiuis &
 » mancipiis commutarent, ab ipsis, si que nancisci possent, deuoranda:
 » intelligentes autem aurum in illis montibus inueniri, eo profecti, inqui-
 » linos exegerunt, & montes occuparunt. Quos autem ex inquilinis pri-
 » marios apud se retinuerunt, etiamnum hodie cogunt aurum ex suis ve-
 » nis eruere, deinde vel in elegantes statuas, vel pocula, vel alia opera cō-
 » flandum dant suis aurifabris, quae tandem lucet & in vicinas Provin-
 » cias permutanda adferunt, ut quod volunt obtineant. Aurum enim
 » infectum, & quale è sua vena eruitur si adferrent, operam luderent.
 » Nam quod ad nos attinet, non magis estimamus aurum infectum, &
 » non confiatum, quam terreglebam: sed quando nobis adferunt cosa a-
 » liqua diligenter elaborata, vel maures, aut bombicinas culicidas, per-
 » mutatione accipiunt vel mancipia, vel captiuos, quorum valde au-
 » di sunt, aut panem, cuius magna apud eos est penuria, quia nullum
 » Mayssum inter illas rupes & scopulos crescit. Vobis itaque persuadete,
 » illac transcendum, & ferro vobis iter aperiendum. Cum vero ad supre-
 » ma montium iuga peruenieritis, inde conspicietis mare, in quo sunt na-
 » ues veiles prædictæ ut vestra: superatis montibus, descendetis in regio-
 » nem adeo opulentam, ut istuc non minus valeat aurum, quam apud
 » vos ferrum esse dicitis.

Quantalatitiae persusi fuerint Hispani, audita tanta auri & o-
 » pum abundantia, nemo est qui dubitet, præserit Valboa & Colmenar,
 » quibus id in mente perpetuo versabatur, & unus dies instar mille an-
 » norum illi erat, donec Panchiaco polliceretur, semet viaducem futu-
 » rum. Interea Antiquam redeunt, masoris militum numeri delectus
 » gratia, & ad reliquæ necessaria paranda. Quod factum est prima Se-
 » ptembris Anno M.D. XIII. Nam Valboa (præterquam quod
 » noctes insomnes duceret, donec quod animo destinarat, perficeret, &
 » frequenter somniaret, se è summo montium illorum ipsi demonstrato-
 » rum verticemare conspicere auro constratum) intelligens Regem His-
 » spanie, nouum successorem mittere, qui eam Provinciam gubernaret,
 » (is erat Petrus Arias, qui cum magna classe & non contemnendo Hi-
 » spanorum numero adueniebat) & metuens ne is gloriam detecti Ma-
 » ris Au-

ris Australis sibi usurparet: statuit nihil ulterius expectandum, sed fortunam tentandam, cum exiguo hoc, quem paratum habebat, militum numero ocelorum concidens, dicens secum virginis Indicas cymbas ex unico ligno constantes, cum multis Indis confederatis, instrumentis, frequentibus ferris, securibus, & aliis ferreis instrumentis ad aperiendam & complanandam viam in rupibus illis & densis siluis, per quas ipsis efficeret.

Inter eaporro qua Valboa in ista profectione acciderunt memorata digna, pratermissendum non est, quod superato & caso Regulo in Esquaragna, cum sexcentis & amplius Indis, ingressus est pagum Esquaragua, in quo inuenit Reguli fratrem, & alios quoddam muliebri vestitu ornatos. Valde admiratus, causam sciscitur ab incolis, qui frequentes aduenerant Christianorum conspicendorum gratia, tanquam e calo delapsi fuissent. Respondentem casum Regulum, & omnes eius aulicos nefando illo peccato natura aduerso infectos: cuius rei causa Reguli frater & omnes eius comites muliebri ornati essent amicti, quibus neq; arcus, neq; sagittas tractare liceret, ut reliquis viris, sed in servulibus officiis, in quibus alias fæmina solerent esse occupata, vitam traducere necesse esset. Quiam attonitus fuerit Valboa hac audiens, non est disquirendum, & prasertim quod adeo detestabile scelus adiustos Barbaros penetrasset, montes asperos & densissimas silvas incolentes, ubi neq; unum, neq; fructus ullius precii, neq; auncupium, neq; ferina esset, neq; alte delecta, que alioqui in aliis India Provinciis inuenirentur. Corripitur inbet omnes istos Sodomitas, numero forte quadraginta, & cymbis quos circumducebat, iaceundos obiicit. Pagi incolas, confecta castigatione a Valboafacta, comprehendunt quotquot huic trimini nouerant obnoxios, & illorum confluentes faciem, ad Valboam adducunt, ipsum orantes, ut Provinciam capite liberet. Inter resiquos, senex quidam sublatie ad caelum manibus & oculis, & consuerto ad Solem vultu (quem ista nationes adorant) inquit merito aduersus ipsos iratum esse ob nefandum hoc scelus: cuius rei causa, tam horrenda tonitrus, tam frequentia fulgetra & fulmina in eam provinciam iacere, tam crebra aquarum illuvias ex montibus cadere, quæ ipsorum agros eluerent & Maysum corrumperent, unde fames subsequeretur per uniuersam regionem. Nunc autem, his monstris sublatis, sperandum esse Solem tram mitigaturum, & se fruges sine noxa collecturos.

Hec oratio valde placuit Valboa, itaq; quotquot monstrabuntmodi ad ipsum adducebantur, è medio tollebat: omnes autem erant Principes aulici, nam vulgus illa labo non erat infectum. Nunc si mi-

N 3 ser iſt

seri isti Barbari solo natura instinctu agnoscunt Deum iuste ipsis iratum ob talia peccata: quid dicemus de nostra Europa, quatam multis locis male audit ob infames & furentes istos amores? nihil, nisi exceptandum esse caelitus horrendum aliquem ignem in ista monstra, pruidentia in adeo prodigiosas cupiditates, vim naturae facientes, & in eas regiones, ubi similia tolerantur, quemadmodum olim supra Sodomam & Gomorram.

Sed ad Valboam redeamus: is coactus in Esquaragua partem suorum relinqueret, cum difficultatibus itinerum, cum penuria adeo deforum, ut vix consistere possent, robustiores secum ducens, & aliquot via duces, iter facit versus montium illorum fastigium, unde mare Australre conspicit poterat. Cum fere eo peruenissent, suos subsistere iubens, solus in montis verticem contendit, unde in late vicinacircum locae esset prospectus, & oculos ad Meridiem conuertens, Mare vidit. Illico ingenua procidens, Deo egit gratias, quod dignatus esset ipsitam vilis & abiecta stirpis homini concedere, ut primus Christianorum tam laudabilis conatus & instituti gloriam auferret. Et ter deosculatus terram surrexit, Mare salutans his verbis. O Mare Australre,
 „Regina reliquorum marium, considerata opulentia, qua abundant
 „tua litora, sis in meo aduentu tranquillum & placidum, ne irascaris,
 „scitum nomen haec tenuis incognitum & abditum, hodie celebre reddo
 „supra omnes aquas, qua terra superficiem rigant. Deus pro immensa
 „sua sapientia te referuanuit, ut nostro tempore agnoscereris, ad insigne a-
 „liquod opus peragendum, ab ipso pranisum, & ipsi sole cognitum. Itaque
 „te denuo saluto, o Mare, cui nullum est par opulentia, noue Oceane,
 „& Rex suprareliqua maria.

His peractis suis comitibus innuit ut consenserent, & Mare hoc viderent. Illi non minus lati, quam si singuli Regnum adquisiissent, certatim consenserunt, voces alacritatis plenas & clamores usq[ue] adeo tollentes, ut rupes & montium vicinorum fastigia personarent. Dende ad memoriam posteritatis, ipsos primos suisse, qui mare illud detexissent, binos ingentes lapidu aceruos concesserunt, in quorum medio magna crucem fixerunt, in ipso montis vertice. Deinde descendentes, corticibus arborum, quas inueniebant, Castella & Regis Hispania nomen cultellis & pugionibus inscribebat, quasi titulum & possessionem illius regionis, Regis nomine capientes. Petrus Martyr, & Comara Hist. general cap. 62.

2. Hic Arias, Segouensis eius, gladiator erat, seu (ut Petrus Martyr Mediolan. vocat) hastilusor. Itaque nibil mirum, si eo lanifla, ab eius legatis Indi crudelissime vexatis sint, quando ne genero quidem suo pepercit.

3. Indi

3. Indi quum infinitos Hispanos trucidarint, eos tamen eis satis apertos negant, quippe duriore & exsuffca carne, nisi trucidati tres aut quatuor dies prius macerentur. Causa rei epistola a milite quodam ad Medicum Hispanum e Lima in Peruvia, Anno 1568. refutat.

G Petrus Arias & Valboa dissidentes, domestico fiedere conciliantur. Mox male coharen^t amicitia dissipatur. Valboa criminibus a sacer^o struc^tis circumuentus, securi percutitur. Petro Ariet imperium abrogatur.

CAPUT XXIV.

Ex eo quum omnia Petri Ariæ incepit foedum atque improsperum exitum haberent, Valboæ risu aperte & ludibrio esse: quæ res in eum Gubernatoris iram adeo accedit, ut mox in iuxtaurgia erumperet. Episcopus foeda inter eos dissidia ægre ferens, ad reconciliandos eorum animos omne studium adhibet, tantumq; perficit, ut firmandas concordias Gubernator filiam Valboæ matrimonio iungeret. Et connubij fidele pa^tto, nemo erat qui pacem inter eos firmam ac stabilem fore non crederet.

PERFECTIS nuptiis, Valboa consensu sacer^o, cum dimidia parte Hispanorum, quo^s ex Hispania adduxerat, ex Antiqua in suam prouinciam concessit: neque ei per quosdam improbos homines, gloriae ipsius inuidentes, eadiu frui licuit. Illi enim falsis in eum struc^tis criminibus Gubernatoris aures occupant, defertuntque Valboam occulte peramicos tentare animos militum, & partem exercitus Ariæ subducent in suam prouinciam pellicere. Id ubi Ariæ cognitum, literas ad Valboam componit, q^uarum hæc summa erat: Ut iis viis, nulla interpolata mora ad se veniret: consultandum maximis super negotiis, quæ ad utrosque pertinerent.

VALBOA, qui tum ad maris Australis oram nauigiis molendis intentus erat ad nouas vestigandas terras, his literis acceptis, cum quinquaginta militibus in Antiquam festinat: eo vbi peruenit, Gubernatoris sacer^o sui iuslu cor�ceptus in custodiā traditur. Mox recitata accusatio, & crimina eius morte quoque Niques & Baccalaurei Ancisi vinculis onerantur: ad hęc editio lumen, sceleratum, & aduersus Indos immitem esse obiicitur, denique reum peragit Gubernator & capit^o damnat. Valboa contuta obie-

Et an-

Socer genitum, capite dicatum, se accuseri. Itaque videret etiam atq; etiam Gubernator, quid de se statueret: se quidem, si eius rei tentata sibi conscientia esset, numquam in eius conspectum fuisse venturum. cætera quoq; crimina, vt poterat, diluebat: sed vbi vis plus potest, parum in iure & ratione præsidij est. Postremo audire ulterius hominem negat se velle Gubernator, & peracto iudicio abduci cum quinque alijs Hispanis ac securi percuti iubet.

FIN X E R E nonnulli Volboam magnum quendam & illustrem victorijs ducem fuisse, felicitate etiam armorum quolibet Romanorum Imperatorum præstantiorē, propterea quod omniū quæ cum Indis gessit bellorum semper victor extiterit. Sed immodecum illæ eius laudes risum magis quam admirationem merentur, quippe Romani quōdam cum bellicosissimis & ferociissimis Orientis gentibus bella gesserūt: Hispani vero in Occidente nihil præter bruta animalia & bestias subegere.

Quo d quidem eques quidam Hispanus optime intellexisse videtur. Is quum in Africa ad Argeriam Carolo V. Imperatori militaret, essetq; vna cum aliis aliquot equitibus, in ijs Ferdinandi Cortesio (is est qui regnum Mexicanum aperuit & subegit, quod ab indigenis dictum Themestitan, ipse nouam Hispaniam nuncupauit) quum inquam una esset, ac forte Maurorum globus hominum multitudine superior in eos irrueret, ipsi vero ad refittendum hosti se impares esse cognoscerent, dant scelē in fugam. Ibi Cortesius clamore fugientes sistere, & hortari socios, vt in hostē versi cum strenue exciperent. Tum Hispanus ille eques, Belua isthæ, inquit, putat sibi rem esse cum suis Indis, quorū viginti quinq; millibus fundendis decem equites sufficerint.

AL L A T O in Hispaniam de Valboa nuncio, grauiter mortem eius Indicus senatus tulit, propter præclara eius in se officia ac merita, & opes Regi ac Regno Castellæ ab eo partas, reperto videlicet Australi Oceano, & inde ingenti auri & vniōnū copia in Hispaniā missa. Quamobrem tū ob id, tū maxime quod Antiquenses coloni præter hēc multa ad regem in Petru Ariam scripsissent, abrogatum ei imperium est: et si Nominis Dei & Panamæ colonis originis suæ initia dedisset, patefacto ex altero loco ad alterum itinere.

I. Et si enim Niquesa primus Nominis Dei conditor fuerit, & Panamam Indi colerent: tamen utramq; coloniam Arias Hispanis repleuit, & quinquaginta milium passatio, amari ad mare iter, ante silvas, lamer, rupibusq; rruuis obstructum, & leonibus, tigribus, ursis & similiis infestum, primus aperuit.

¶ Hispaniæ

*¶ Hispanorum praetorium in Indie continentis clades. Alſingeri &
Georgij Germanorum clades. Colonia ab Hispanis in Castella
Aurea condita Hispaniolenses Indi Hispanicam
tyrannidem perterriti, sibimet ipſi mortem confiſcunt.*

CAPUT XXV.

MULTI præterea alij Gubernatores & duces eas Indiæ continentis prouincias adiecture, omnes vna quærendarum opum & diuitiarum cupidine incensi, sed hinc eorum nonnulli ab Indis cometi sunt, alij ab ipsis Hispanis trucidati, quod ipsorum aduersus Indos rapinis & latrocinijs indulgere nollent. Non pauci quoque fluviis haufti: & calqui præterea longius à mari progressi auri fame, in mediterranea adeo leſe immerſerunt, ut in locis auiis & vastis terræ solitudinibus deprehensi, quum eius coeli naturam & tempestatum morem ac præfagia ignorarent, quæ illis in regionibus cum atrocissimis imbris hyeme tuere consueuerunt, neq; verò progredi ulterius aut regredi possent, cum omnia exercitu interierint.

CATERVM Hispani in ea ora continentis infra scriptas vites cōdidere, Nomen-Dei, Antiquam, Carthaginem, San- Mattham, Caput-veli, Valentiolam, ditissimæ prouinciæ oppidum, quam Cæſar Anno 1528. Velzaris mercatoribus Germanis oppignorauit. Illi primum in eam prouinciam gubernatorem Ambrosium Alſingerum misere, qui auri reperiendi cupidine crebras in eas gentes excursiones, multa ſæuitiæ exempla, edidit. Sed eo tandem ab Indis occiso, suffocere alterum stirpis ſuæ Praefectum, cui Georgio nomen erat. Hunc Hispani qui ei aderant, noſtu per infidias incautum in lectulo adorti vulneribus confoderunt: mox excarnificatum & domo extractum, multis cum probrijs ac contumelias per viam raptarunt: postremo eius cadaver in proximum saltum abiecerunt: donec orta luce humaretur. Verum haud ita multo post, Cæſari mandatu, noxijs ut nouissima exempla meriti, exquisitissimis poenis affecti sunt.

IA M quum breuem hanc meam Historiam quam accurate & commode fieri poterit contexte pollicitus sim, redeundum eō vnde deflexeram, & si qua de Hispaniolæ & vicinarum Insulatum rebus supersunt, exsequenda mihi hoc loco iudico. Admirante Columbo mortuo, Ferdinandus Rex Didacum filium eius, eadem authoritate auctum, qua patrem ornauerat, Protegis titulō

O Hispania

Hipano-
rum in
Christ.
Columbi-
tum in
gratimdo. Hispaniolæ præfecit: sed imperium ei haud diuturnum fuit. Quippe Hispani, quum sibi imperari à peregrino pati non possent, multa in eum ad Regem scribunt. Itaque Rex exutum magistratu in Hispaniam reuocat. Ibi de suis priuilegiis multos annos cum Regge litigans, tandem pendenti adhuc lite & incerto cuentu iudicij moritur.

Barbari
Hispanide
tandem
oppelli,
vix vix
fus affe-
munt.

Post hæc illi Gubernatores, tum Ecclesiastici, tum laici, in Hispaniolam missi sunt: sed Insulani, postquam se vndique perpetuis atque intolerandis laboribus opprimi sentiunt, neque ullum finem adesse malis, aut spem recuperandæ libertatis, in planctus omnes & suspiria effusi crebris votis ultra mortem optabant. Itaque multi abiecta omni spe, abeunte in siluas ex arboribus semetiphi suspendebant, interfectis prius liberis, dicendo: Multo optabilius esse illis semel moti quam a deo misere vitam trahere, ciuitemmodi latronibus teterimis & ferociissimis tyranni seruientes. Fœminæ, postquam herbæ cuiusdam succo fœtus sibi ipsæ abegerant, ne videlicet Hispanis mancipia parerent, virorum vestigia sequutæ laqueo vitæ finibant. Denique quum per omnes lethi vias mortem lacerarent, alius ex edito monte iacto in præceps corpore, alius in mare, alius in profluentum demersus: nonnulli etiam voluntaria inedia vite finem inuenere. Erant etiam qui acutissimis è siliice cultellis, aut mucronatis vallis pectora & latera transfigerent.

Quibus tandem malis effectum est, ut ex duobus Indorum millionibus, id est vices centenis capitum milibus, quibus ea Insula incolebatur, alijs sua manu interemptis, alijs scutitia Hispanorum & acerbitate operum enectis absumptisque, vix hodie centū quinquaginta supersint. Hoccine est barbaras gentes ad Christianam fidem conuerttere? Nam ne quis putet cum aliarum Insularum incolis mitius actum esse, quam cum Hispaniolensibus, idem plane in Cuba, lamaica, Portu-rico & alijs locis, contigit, imo quæcumque postea vindicantis ab solitudine insulis deportata sunt è continentè mancipia, quamquam incredibili multitudine, ad extremum tamen prope omnia ærumnis & miserijs confecta interire. In summa hoc affirmo, quibusunque locis Hispani vexilla sua & signa fixerunt, ibi ingentibus scutitiæ exemplis editis, & eterna implacabilis in se odij monumenta indigenis reliquisse.

¶ In-

Indorum Occid. religio, Saranaq, in fascinando ipsos versutia
Sacrorum ritus. Arbusculam accensi fu-
mo inebriantur.

CAPVT XXVI

Vob ad Religionem carum gentium attinet, non solum in ea Intula, sed & in alijs omnibus noui illius Orbis Prouincij, adorabant atque etiam nunc plures & diuersos Deos colunt, depicting simulacris signisque, quorum alia è creta, alia è ligno, nonnulla ex aurro & argento, facta sunt: & quibusdam Indiae nouæ locis, maxime in Peruano regno, effigie auium, tigrium, ceruorum aliorumq; animalium expressa vidi: imo etiam quedam deiformi specie, cauda ad pedes usque promissa, quales vulgo apud nos pingi solent demones aut lemures nocturni. ^{Indicati gentium personæ idololatria.} Ac quamquam sacerdotes & monachi omni ope conati sint & quotidie conentur ea idola abolere, multa tamen eorum sacrorum antisitites defossa specubus subterraneis asseruante. Quibus clam sacrificantes assidue supplicant, petuntque qua ratione & via Christianos in perpetuum è suis finibus expellere possint. *

Quite tiam Deorum suorum nomine quemque propriò inuocantes, singulis sua officia tribuunt, & huic huius rei alteri alterius procreationem assignant: ut olim factitatum Ethnicis, qui vulgo victoriis præesse terra Martem, mari Neptunum, Aesculapiū medicinæ, Herculem diuinarum atq; opum arbitrum esse credebat, illiq; decimam fortunarum suarum vrouebant, quo cætera tueretur atq; augeret. Adeum modum nihil serè à suis numinibus petunt hæ gentes præter largam ciborum & potus copiam, bonam valetudinem, & de hostibus victoram. Sæpen numero illis illudit Satan & alia atque alia specie vilendum se præbet: fæcerdotibus nonnulla eorum, quæ precibus exposcunt, annuens ac promittens. Ac si forte promissis successus non responderit, illique de eo conquantur, continuo excipit: Mutasse se sententiā propter grauissimum aliquid peccatum ab ipsis commissum: ita fallaci excusatione miseros eludit pater ille mendacii.

Qvam Cacicorum Hispaniolæ aliquis præcipuo suo numeri sacrum & festum diem celebrare institueret, omnibus subditis & clientibus suis, tam viris quam foeminis, diem ad conueniendum dicebat: illi ubi vndeque ad solemne illud, consueto loco,

Satane la
disnia, qui
bus Bar-
baros fa-
femis.

Sacrorum
ritus apud
Indos Oc-
end.

confluxissent, omnes apte in ordinem se se disponebant. Cacicus ipse agmen antegressus, princeps templum inibat, vbi sacerdotes adorando idolo intenti erant. Ingressus ut confederat, tympanum pulsabat: mox sequebatur vniuersa multitudo praeuntibus viris, qui nigro, rubro & flavo distincta corpora, versicoloribus etiam pannacorum & aliarum avium pennis ornauerant: colla, brachia, crura, coronis, torquibus atq; armillis ex concharum marinaram testis redimiti: feminæ puro corpore & nullis pigmentis fucato, virgines quidem propterea nudæ: quibus viri erant, peplos aut castulis muliebria velata, sicut in finu Patiensi & aliis continentis provinciis fieri solet. Tali cultu habituq; saltantes & patria quædam carmina in laude Idoli cantentes templum subibat: Cacicus tympani sonitu ingredientes salutabat: mox demisso in guttur bacillo vomitum ciebat: ut Idolo palam ostenderent, nihil te in pectore remali occultum gerere.

H 15 tam absurdis ceremoniis peractis omnes complicatis pectorinam cruribus humi confidentes, alios quosdam hymnos cum murmure quodam lugubri concinebant, ac tum superueniebat aliud foeminarum agmen canistra gestantium, popanis & panibus plena, & tosis floribusq; odoratis conspersa: illæ cæteris cantentibus circumfusæ orationes quasdam illis infusurabant. Alij ut inuicem responderent, lese erigebant, donec cantionibus illis peractis, mutato concentu nouam quandam in Reguli sui laude ordirentur: postremo panem Idolo offerebant. Eum sacerdotes acceptum & rite sacratum diuidebant inter omnes, velut sanctum aliquid, & fausti ominis reliquias. Peracto sacro, omnes admodum alacres atq; hilares domos quisq; suas reuertebantur.

Abuenda
de Solis
& Lunæ
origine
opinio. CREDEBANT præterea Solem & Lunam è quodam antro prodiisse, & cucusbitam velut sacrum monumentum habebant, vnde dicenter mare & pisces profluxisse: Duo simulacra lignea colebant, velut omnis abundantia largitores & praefides Deos, quorum delubra quotannis Indi peregrinabundi frequentare confuerant. Erat in super illis Idolum quadrupes instar canis, quod (ut fertur) quoties illi bilis commota erat, in saltus ac montes aufugeret, ipsi vero solenni pompa, sollicite quæsitum atq; inuentum humeris in fanum reportabant.

IN hac Insula, ut & aliis noui eius Orbis prouinciis, arbusta quædam nascuntur modicæ magnitudinis, arundinum ferme specie, folia ut nucis habent, aut paulo maiora, quæ ab indigenis (apud quos hic mos inoluit) plurimi fiunt, & ab ipsis quoque mancipiis,

cipiis, quæ Hispani ex Africa eo deuexere. Vbi maturum est, ea fo-
lia stringunt, & in fasciculos collecta ligataq[ue] in fumatio suspendit,
donec i[n]aruerint: quumque illis vt volant, Mayzi, seu frumenti
patr[um] folio reficata folia in voluunt fistulae aut tubi instar: & eius
capitum altero igni admoto, alterum ori inferunt, & spiritum fla-
tumque ad se retrahunt.

DENIQUE tantum sumi sorbent, vt ora, guttura & capita im-
pleant: tantam interea patientiam praestantes duranteisque, quoad ^{Fumari in-}
voluptatis quam inde percipiunt non pœnitent: seque immitti illo
fumo adeo inebriant, vt penitus soplito omni sensu è mentis pote-
state exeant. Reperiuntur etiam qui adeo audie ac furenter eum
hauiant, vt tanquam exanimes in terram concidant, ibique ma-
ximam diei partem aut noctis, velut stupefactis sensibus & capti-
mente, iaceant. Nonnulli temperantius & haerentius tantum sor-
bent, quoad vertigine capitis corripientur: neque ulterius pro-
grediuntur. Quam pestiferum, obsecro, & noxiū hoc Tarta-
reum venenum est? Mihi quidem persæpe vnuenit per Guatima-
lam & Nicaragua[m] prouincias iter facienti, vt domum Indi alicu-
lus ingredierer, qui eam herbam degustasset (quæ Mexicano idio-
mate Tabacco dicitur) & simulac fecutor acutus tetri illius & vero
diabolici sumi nares mens contigisset, cogeret præpropere inde ex-
cedere, & calio migrare.

LQ[UE] noster Au[tor] hoc loco de Indorum Religione scribit, con-
fona sunt cum usqua, quo quot de Hispanorum in eas regiones nauiga-
tione scribunt, referunt: cum his presertim quam memoria prodita reliquit
Consalvius Ovidius, qui deu in illis Indis versatus, & qui Occidenta-
lium istarum nationum ritus diligenter obseruauit.

Nullam, inquit, in illis nationibus picturam aut sculpturam in-
ueni antiquorem, aut maiore reverentia cultam, horrenda demonis
effigie. Pingunt enim eum & sculpunt, quam horrenda possunt specie,
non catenis adstrictum, aut supinum, ut apud nos pingitur sub pedibus
D. Michaelis, aut D. Bartholomaei: sed in sua matestate, interdum se-
dentes in tribunali, nonnumquam stantem, aliquando alius modis. Vt
deas aliquos quinque aut sex capitibus, & totidem canis præditos, ob-
longis dentibus, amplissimis auribus, ardentibus oculis, draconis oculo-
rum instar, atq[ue] alios alius speciebus, quarum elegantissima terrorem
incutit aspernibus. Est autem hoc illis adeo familiariter, vt non modo
similem aliquam effigiem in obscuro quodam adiun loco semper habeat,
sed etiam ex auro confert, aut scannis, quibus insident insculpant, aut
alii omnibus materiis quæ sculpturam aut incisionem ferre possunt.

„ Eum etiam pro Deo agnoscunt, petentes ab eo aquam, sole, May-
„ zum, victorias, breuiter quidquid desiderant. Solent isti Zemis noctu-
„ illis apparere utphantasmata, & persuadere quacunq; cupiunt.

„ Continentis incole non modo conflatas ex auro, vel ex ligno, la-
„ pide, & terra, fabrefactas habent istas imagines Diabolicas: sed etiam
„ hanc impuram effigiem propriis corporibus adpingunt, & ne capicatu-
„ raelui & deleri posset, puluere quodam nigro se se fricant, qui cutem
„ penetrat, maneatq; velut signum perpetuum eius rei, quam in animo
„ sculptam habent.

Praterea senes quosdam falsos vates habent (Hispaniola incola-
eos Bubuti, qui litora Vraue incolunt Tequina, hoc est, Magistros:
Brasiliiani Caraibes appellant) qui se predicere posse profidentur, & illis
persuadent: Satanam, (cuius effigiem semper circumferunt) celi &
terra esse dominum, & qua futura sunt, nosse: ipsum pluvias, ventos &
tonitrua immittere, Solem & Lunam regere, atque anni tempora, &
posse etiam illos sub terram deprimere, nisi ipsi rite inferuant. Propterea
misera ista nationes illum colunt tamquam Deum, & quidquid pretio-
sa suppellectilis habent ipsi offerant, ut ne hominum quidem vita parcatur,
quos ei sacrificant, uno etiam proprium sanguinem. Quibusdam locis
illum placant suffumigii odoratis, interdum etiam valde fætidis. Ta-
met si autem falorum istorum Prophetarum tradiciones non eueniāt,
retinent tamen pristinam autoritatem (aliquando enim euenire solēt,
prout Deo libitum est Satan a dare efficaciam erroris) nam vel prete-
xunt peccata populi: aut aūnt, ipsorum responsa, qua plerumq; sunt
ambigua, non fuisse probe intellecta.

Ad hanc rem resertur quidpiam de Atabaliba magno illo Rege
Peruana. Prouincia, ex quo apparet offensum fuisse responso cuiusdam
sacerdos qui ipsum fecellerat. Nam Hispanus in eius regnum ingrediens,
ad oraculum, quod in templo quodam sua ditionis erat, decem dierum
itinere à Caxiamalca urbe distans, sciscitatum, an bellum aduersus
Christianos gereret, an vero eos benigne exciperet, misit. Summus eius
tempis sacerdos respondit, ut strenue aduersus illos pugnare, futurum
enim ut omnes cederet: idq; praceptum esse sui Dei. Atabaliba sequitur
hoc consilium, captus fuit. Ali quanto post tempore, hic sacerdos Caxia-
malcam venit cum duobus Cacicis, ut cum Gubernatore Pizarro age-
rent de redemptione sui Regis: quod intelligens Atabaliba, Gubernato-
rem rogavit, curaret illi catenam adferri, se enim velle plectere sacerdo-
tem illum ob sua mendacia, cum illi consuleres, ut bellum gereret ex Dei
sui mandato. Nec semel sacerdotem ipsi imposuisse. Nam dum adhuc
vixit ipius pater letali morbo corruptus esset in urbe Cusco: in-
terro-

terrogatus quis futurus esset illius morbi exitus, responderat, bene sperandum, nec eo morbo moriturum. Allatum catenam ipse Atabaliba sacerdotis collo imiecit. Peruerse nebulos, inquit, nunc et teneo, nec te dimittam, quin prius ad serri nusseris quidquid aurum est in tuo templo. Volo enim id omne Christianis dare: sed enim ea sententia, quandoquidem tuus Deus mendax est, et impostor. Non profecto, nihil ipsi, nec tibi relinquam. Deinde videbimus an tibi hanc catenam admittet, quandoquidem tuus Deus est, et illum adepotentem afferis. Verum eam ingenii praestantiam non habent omnes Indi, quam habebat Atabaliba.

Hispaniola incola, idolum illud Cemi, (quidam Lemis) appellant: Castella aurea, Vraua, Carthaginis, et aliarum provinciarum ad littus illud sitarum accolae Tuiras (imo quibusdam locis, Christianum salutare volentes, illum Tuiras vocant, existimantes se magno honore afficere, perinde tamen est, ac si quis diceret, salve domine Diabole) Canadæ incola Cudruaigny nominat. Brasiliani, Aignan, aut Kaaggerre: Peruani, Pachacama: Patagones, id est, qui fretum Magallanicum accolunt, Scobos nominant: Maxicani Horehilouos, Chuemila. Nec de aula: et alii regionibus alter. Sed quocunq; tandem nomine vocetur, semper est Satan, qui Dei nomen sibi attribuit, et ipsis misericordia nationib; vera De cognitione defituris, metum incutie.

Canadenses referunt, ipsum frequenter eos alloqui, et pradicere comedendas et malas temperates. At q; cum ipsis indignatur, coniecto in ipsorum oculos puluere abire.

Provincie Auanare incole, Hispanis quibusdam circiter Annum 1528 admirabile quiddam narrabant, quod fortasse quindecim aut sexdecim aucte annis contigerat, ut ex ipsis indicio colligi poterat. Quendam scilicet virum, cuius nomen infortunium ex eorum lingua interpretari licet, erronem, et iam multo tempore per eas regiones hue illuc vagantem, bresus flatur et barbatum: tametsi, ut referebant, nonquam se aperte conspiciendum prabuisset. Accidente illo ad aedes quaspiam, nemo tam audax et constantis animi inerat, cui come non erigerentur, et peccatum formidine non tremeret: et subito titio ardens ante edium illarum vestibulum apparebat. Id indicium erat, Herum non procul abesse, cum tedi fer pugno esset. Tum ad eius ingrediebatur vir ille, et quemcunque libuisse corripiens, ter in eius alium adigebat Lapidem, cuiusrum sequipedem fere longum, palmum latum: deinde manus per hac vulnera in alium immittens, intestina educebat, et inde recipium unum aut alterum frustum supra prunam torrebat. Postea ter alterutrum brachium eodem cultro feriebat, ex quo multis emanabat sanguis, ut quidem videbatur. His peractis intestina, et tosta illa frusta,

sta, in ventrem hominis sic laceri denuo inferebat, & vulnera curabat, ita ut momento temporis consolidarentur.

Addebant præterea, hoc phantasma frequenter ipsis saltantibus apparere, atque ipsis se commissere, modo muliebris forma, modo virili. Nonnunquam ades in quibus versabantur in aerem subleuare, tum cum iisdem cadere factio etiam strepitu. Sape etiam illi obsulisse cibum, sed nihil edisse: & cum interrogarent, unde veniret, & ubi commoraretur, magnum biatum in terra ostendere solitum, sub quo domicilium eius esset.

Quibus hac referebantur Hispani, ridebant tanquam fabulam, quod animaduertentes Indi, multos producunt, ex eorum numero, qui ab illo viro correpserant, & cicatrices vulnerum acceptorum ostendunt. Tum Hispani monere, pessimum illum esse virum, aut potius Satanam, ex inferis prodeunte, ut illis illudetur: si crederent in Dominum nostrum Iesum Christum, ut ipsi, nullam futuram causam cur virum illum metuerent: neque adeo audacem futurum, ut ipsis molestia afficeret, neque apparitorum quamdui ipsi in ea Provincia versarentur. Hac oratio nonnihil illos confirmans, & partem formidinis ademit. Relat. Aluar. Nun.

Brasiliani aiunt se ab Aignan (sic Diabolum vocat) torqueri, qui interdum illis apparet animalis effigie, aliquando alia forma: & eos adeo crudeliter verberat, ut dum de eare loquuntur, aut memoria dunt taxat repetit verberaque sunt passi, pra angustia toti sudore madescat. Si Galli qui eam regionem adserunt, dicebant se Aignan non metuere: respondebant hi miseri barbari, suam conditionem deplorantes: o nos felices si vobis similes essemus. Leteris cap. 6.

Qui Magallanum ad fretum illud, quod postea ab eius nomine Magallanicum nuncupatum est, comitati sunt, Gigantem in Patagonum regione, freto vicina ceperunt. Is inter alia referebat, morituro quopiam ex ipsis, decem aut duodecim Diabulos apparere saltantes circum mortui cadaver, quito corpore variis coloribus depicti viderentur, unum autem inter reliquos maiore corporis mole conspicere, valde exultantem, & in cachinnos etiam erumpentes: illum Setebos appellabant, minores autem Cheleule. Addebat præterea, se ex minoribus illis vidisse, binis cornibus in capite pradiros, & longa coma ad pedes usque demissa, ignem per os & per posticum euomentes. Ecce quomodo Satan pro arbitrio miseric illis nationibus imperat, destitutus omni Dei cognitione. Sunt tamen homines nobis non dissimiles.

In Provincia Carthaginis, quando Tuira vult incolis terrorem incutere, minatur se Hurakan immisurum, hoc est Tempestatem. Et certe

certe tantas interdum excitat, ut domus transferant, arbores radicibus enellant, & montes quasi euerant. Consalvius Ouidius scribit se ista diabolica opera semel conspexisse, cum per montem quendam Indorum in continentis summis iter ficeret. Erat ille mons, inquit, omnino etenim arboribus vastus & parvus altera super alteram confertum emeritus, ad levem & fere spacieum, quarum nonnulla prorsus cum suis radicebus exstans tanta magnitudine, ut reliquam arborum molem aquarent. Ideo horrendum erat hoc spectaculum, ut aspicientibus etiam metum adserret, estimantibus Satane potius opus, quam naturale. Epitome Ind. Occid. cap. 1.

Porro testatur Petrus Martyr, omnes Indorum Cemi & reliquias illusiones disperguisse, simul ac Hispani pedem in Hispaniolas Insula fixerunt: unde senior et iunior regionis iudicarent, Insulam brevi sub alterius potestate futuram.

Referunt Peruviana Historia scriptores, Satanam, quise Pachacamus, hoc est, creatorum appellabat, cuiusque templo & oracula quatuor in urbe Lima erant, multis scilicet inter eas nationes versatum fuisse, & conspiciendum se prebuisse faceretur, quibus responsa dabant eorum que petebantur, sed illico ad Christianorum aduentum dispergisse, nec eum postea conspiciendum.

^{deinde} Non dubium est quin ~~hanc~~ boni, quod Hispani in eam regionem insulerint, Satane, qui veritatem & lumen odit, quietem turbaret. Nam ante a libere dominabatur supra eas nationes, tanquam in Regno tenebrarum, paulatim lumen illigebatur ore, quod restabat in eis extinguiens, omnem discrimen boni & malis adimentis, & illis suggerens animalles & feros appetitus.

Deinde Hispani aduenientes, docuerunt eos Deimandata, loquuntur de Iesu Christo, administrarunt illis Baptismum: nec dubium est, quoniam Satan, auditio Iesu Christi nomine in his nationibus, valde turbatus fu, quemadmodum Latro in densissima etiam silvis abditus, seruit, commemorato duxit auctor Judicis nomine. Biblia deinde a Iesu isti eo illustrata, maximum metum illi incusserunt.

Quanquam autem Consalvi Ouidii tempore, cessarint aliquamdiu in Hispaniolas & aliis locis haec Tempestates: sicutamen fides pro ipsius merito Authori nostro addibenda est, simplicis spiritus, qui has tempestates excitavit, non diu feriat, sunt. Nam cap. 10. huius libri disertis verbis scripsit, ipso in continente India versante, unam in Hispaniola Insula exortam esse, qua omnes fere quadrupedes occiderit, totam fermentem corruperit, & plurima adficia euerterit. Id accidit circa annum 1548.

Praterea tristes & tragicci euentus, quos tempus in his regionibus

ab hinc septuaginta annis produxit, satis declarant, Satanam non procul receperisse; ut insatiabilis Hispanorum auaritia, Indorum desperatio, & illorum in mancipia vendicatio, atque ciuitalia bella, qua plura quid quadragesies aut quinquagesies centena hominum millia consumpsit. Singula haec satis testantur, Satanam non fuisse electum, licet ad tempus latrisset. Sed etiam

~~Ramsgårdstræet, kap. 1~~

*Ad hanc quod res uita uita diu pugnat frater iste capi-
tur et agnoscitur. Deinde sicut tantum uenientibus est ali-
gia et uita regia ex parte de pugna amicantis dilectionis, et post
illorum mortis resuere se dicitur ad eum. Et uerbi uocem
nei Christi non potest uero posse quam uocem, et
quod super nominem, conuenientem profundius filii predicationis
affinitatem habet, uolumen, et uerba quae de eis sunt, et sensibilia
cognoscuntur. Sed ut iam nesciunt quae uoces sunt, et quae
sunt, uero uoces uocum, et uoces uocum.*

~~Bericht über das Ergebnis der Untersuchung~~
~~der~~
~~Lernförderung~~
~~in den ersten~~
~~Monaten des Schuljahrs~~
~~vor dem ersten~~
~~Unterricht~~
~~in der Klasse~~

*Dicit quod si omnes fratres tunc essent nisi fuit unus qui supponet, 1
satq; Satanam, qui inducit hominem ad colendum & adorandum creaturas (non eas solum, que elegantes & honorata sunt, quales sunt Sol & Luna, sed maxime etiam impuras: quemadmodum Egypti, tametsi valde sapientes se estimarent, antiquitus adorabant feles, allia, ceras, ibidem auem qua podicem suo rostro purgat.) Quisquis inquam presupponet hoc theorema, Quod Satan, repertiens cor hominis inclinatum ad Idolatriam, & illi proponens creature adorandas loco creatoris, semet non negliget: facile credet qua discuntur de Idolis & abominandis sacrificiis barbarorum harum Occidentis nationum. Nam si Satan adeo impudens fuit, ut 'Dei Filio Regna mundi offerre non sit veritus, si eum adoraret:*

CHAP 7774-1

cui mirum videbitur si colendum se prabet tanquam Deum his seris nationibus, oblevia promissa, aut dona: Imposuit nostris primis parentibus, cum adhuc in sua integritate essent, illecebris fructus prohibiti, persuadens illis se commodi ipsorum studiosum esse: Quanto facilius ille est corruptam naturam miserorum istorum cacoerum slectere quo velit, postquam ipsis persuaserit se fructus terra dare, & omnium bonorum originem esse?

Minus adhuc admirandum erit, seros ipsis homines adorare formam visibili Satanam, si perpendamus quale genus hominum inter Christianos hodiernos tuleretur, ut qui toxicam miscere solent, sicarij, blasphemati, Apostata, Athei, Naturalista, Libertini, Lucianista, Simoniaci, Necromantici, Incantatores, Sodomita, Epicurei, Sardanapali. Nam quems queso Deum isti adorant, nisi eum, quem D. Paulus Deum huius mundi appellat? Et si Deus miseras istas Occidentales nationes adeo seuere castigauit (quas sola quadam naturali luce in ipsis reflante consuici possunt) propter peccata illius minor a: quid futurum est de Christianis, qui sic contemnunt insignes illas gratias quas Deus liberaliter ipsis largitus est?

2. Interrogata a semel idola a Nicaragenibus, provinciam quandam Indiae Occidentalis ad mare Australre sitam incolentibus, qua ratione possent Hispanos ex sua Provincia excere, qui adeo crudeliter eos habarent, ut uxorum etiam consuetudine abhorverent, ne Hispanis mancipia parerent. Satan respondit, se facile id effecturum, si vellent, numerum maris supra terram effusione, sed eos etiam una perirent. Tale autem responsum intelligentes: maluerunt Hispanorum ingum ferre, quam inundatione cum illo perire.

3. Illorum tympana è candidis arborei trunco sunt fabrefacta, probumana, aut ea, quam ipsi cipiunt, crafftudente: canaro una ex parte truncu nullum cornu aut pellem inducent, sed fissuras dunt axas & foramina in truncis latere ad canum usque penetrantia faciunt, deinde cana truncu parte & terra imposta, alteram non canam baculus pulsant sonum earedunt obscurum, quem seretympana Mauritanica. Gonsal. Onusius lib. 5. cap. 1. Hisp. India Occident.

4. Qui diligenter inquisuerunt quaratione nationes illa, rerum gestarum memoriam conferuent, ut ad posteritatem peruenire posset, affirmant ipsis neque libros habere, neque characteribus rem aliquam significantibus uti: sed patria tantum cantones (quas Hispaniola incole arctos nominant) posteris permane tradere: eas illis Labororum & Historiarum vicem supplere. Eastim festis solennibus canere solent, in quibus suorum olem Cacicorum seu Regulorum facinora recitant, victorias quas ex hostiis retulerunt, & mortuorum genus quo perierunt,

atque intermiscent dicta quadam de felicibus successibus aut infortunijs
praterit, imo etiam Dilsujs uniuersalis mentionem faciētes, & aliarum
Historiarum antiquarum, quarum memoriam perire nolunt.

5. Veteris & purioris religionis fugientia veluti quadam vestigia
& imitamenta. In his Deus in lege offerri sibi panes, ut eo symbole ad-
moneret Patres alimenta quibus sustinetur hominum vita, sacra esse
ipsi Deo. Exod. 25. Atq. ita primi homines, tradito diuinitus ritu, e fru-
ctibus suis sacrificia Deo obtulerunt, ut profiterentur se eius esse. & omnia
illi sua accepta ferrent. Genes. 4. Cuius rei mox adulterina imitatio etiam
inter barbaras Gentes propagata est. Sed prater quam quod illa erant ma-
nes absq; fide ceremonia longe aliud est Deo vino, aliud idolis sacrificia
offerre.

6. Regulus quidam, Gamaretus nomine, Zemis idolum bombyci-
num habuisse fertur (Corocottum appellabant.) Hic Corocottus est sum-
mo domus culmine, ubi vincit afferuabatur, sapenumero exire atque
inter sciamas regij pagi ac totius circa vicinie, Satyri aut Incubi in-
flari, oberrare, & cum iis etiam ludere familiariter, epulari & coire,
confueuerat. Mox quum ab eo congressu sciamina partus gemina coro-
na aut alia illustri nota insignes eniterentur, nemo ex Corocotti stirpe
ortos esse dubitabat. Interdum etiam indignabundum delitescere cere-
bant, quod a Cacico aliquid ex quotidiano eius cultu & sacris prater-
missum esset. Alteri praterea cuidam Cacico (ut ferè singuli peculiaria
numina habebant) Zemen fuisse leguum memorant, quadrupedem (E-
pilguanitam appellabant) quisubinde, quoties irritaretur, in filias se
proriperet. Moxq; ut eum abesse senserat Cacicus, multos e suis mette-
bat quis eum fluviose conquisiuit & placatum venerabundi humeris
referrent. Itanimium inter miserias illas Gentes delicias faciebat Sa-
tan. Donec Christianis in Insulam aduentantibus, & iste & ceteri Ze-
mes ausfugarent, nec quesiti reperiuntur. Quibus rebus mutationem
status & peregrina gentis dominatum portendi auguratos fuisse
Insulares, scribit Petrus Martyr Mediolan.

Decad. i. lib. 9.

¶ Indo-

*¶ Indorum Occid. mos. Matrimonii leges.
Anaritia inde exulat.*

C A P V T XXVII.

IN Hispaniola atque alijs insulis, quum eorum medici aliquem ægrotum curandum susciperent, ad fumigandum, ut diximus, ingrediebantur. Quumque ad satietatem inebriatis esset, tunc præcipua curatio siebat: donec ad se reuersus mille rectum species hoc obiectas, & se ex concilio doctorum redijisse referreret. Deinde illi ægrotum ter aut quater circumdeunt, corpus illius, maximè renes, manibus leniter demulcebant: multiplici interea oris habitus gestuq; os lapidem intra buccas tenentes. ea ossa & lapillos feminæ, velut sacras reliquias, studiose condebat, persuasæ ijs amuletis adiuuari, puerperia. Si æger medicum rogaret, quid de se futurum esset, breui ægritudine liberatum iri respondebat: si forte ex eo morbo cum mori continget, non debeat excusationes, sed hæc longè omnium optima, Mortalis nempe erat. Si quis medicus omisissis illis rebus & consuetis ceremoniis ægrotum inuisceret, in eum grauissimè animaduertebatur. Quascunque prouincias adire militi licuit, quantumque intellexi, iidem medici sunt & sacerdotes: & in aliis aut earum terrarum oris ita se habere facile equidem crediderim: eos patro idiomate Bohitios appellant, maximæ vbiq; illos autoritatis: quorum tamen opera & arte nulli ferè, præter primores, vtuntur.

A v v d illos vxorium indefinitus est numerus: quam multas libuit, ducent: vnam tamen præ ceteris eximiā habent, quæ in ceteras imperium obtinet. Quum Regulus aliquis sine liberis moritur, in principatum succedunt sororum filii non fratum, quum sui sanguinis haud dubiam stirpem planius constet esse quos sorores peperere, quām hos non satis certa origine genitos. Cuius rei causa est, quod illis partua pudicitiae cura & plenisque locis filiæ & sorores iniuiolatam castitatem vix retinent, quum permixti virginibus pueri, vt galligallinacei cum gallinis, nullo pudore tum humi tum suspensis in aere cubilibus, iaceant. Femina partus enim, ad mare aut ad flumen deferunt, abluuntque, & deinceps sine ulla cura liberos educant.

N O N N U L L I istos maximè latrociniis deditos esse, ac minima furta legibus eorum suspendi poena coacteri dicunt. Verum

P; quis

quis credat istos furari, quando neque auari sunt, neque diuites, nihilque vilius ducunt quam argentum & aurum : quibusque si habere libitum esset, liceret quantum vellent e fodinis, velut a quam e fonte, nullo impediente petere. Quod ad cultum attinet, nudi omnes incedunt : quod ad victimum, nemo est qui petenti & domum suam incendi vltro non det. In sollenibus vero ac festis quibus conuenire illis mos est, cibaria vulgo conferunt, simulque omnes & promiscue epulantur, cantant & saltant ad ebrietatem & lassitudinem usque. Ita dum liberi essent, inuicem se his lubricis oblectabant. Quamobrem inducere in animum non possum ut credam villa inter eos esse latrocinia, nisi forte futari didicerunt a primis, secundis & tertii Hispanis, qui principio eas terras colonias occupauit. Utinam a Deo nobis concessum esset, ne magis bonis temporalibus affixi essemus quam illi sunt : equidem Christianum nomen per omnes terras celebre & caeleste esset, si a nobis exularet Auaritia.

1. Hi Bubiti magna ex parte herbarum erant peritissimi, magnamque simplicium multorum, & plurimorum natura aranorum notitiam habebant. Ac quoniam multos hanc ratione sanabant, apud Indos Hispaniola quasi omnium sanetissimi habebantur, ut pose quis e Medici simul, & Astrologi & Pralati ipsorum essent. Atque etiam plerique habiebant, qui sufficiens illos de quibus praecedenti capite egimus, hauriebant ad ecclasiis excitandam & Diabolum de re qualibet interrogandum. Indi enim bellum aut quippiam aliud alcuius momenti suscipere non solebant, quin prius Diabolum interrogassent, qui per os falorum istorum Prophetarum fumo illo inebriatorum illis respondebat. Cumque isti ab illo animi deliquio ad se redirebant, prout immundus spiritus eis sugerebat, pronunciabant, num bellum suscipendum esset aut differendum: an ager sanitatem recuperaturus esset necne, & sic dereliquis de quibus interrogabatur.

Brasiliani quoq; suos habent chirurgos seu Medicos, quos Pages nominant (alios tamen ab ijs quoque Carasbas vocant, qui ipsorum falsi Prophetae sunt) qui locum, de quo queritur agrotus & in quo dolorem sentit, suscant, atq; ipsis persuadent se hac ratione non solum morbum tollere, sed & ipsis vitam prolongare. Vide Hist. Brasil. cap. 19.

Idem faciunt Piacchi in provincia Cumana, qui etiam loci illius presbyteri sunt. Nam non tantum herbas & radices cum autum & pescium aliorumque animalium adipem contusas, lignum aliaq; pharmaca vulgo ignotis loco affecto applicant; sed etiam voces peregrinas, quasne ipsi quidem forte intelligunt, demurmurant, ad Diabolum ex agri corporei

pore, si forte insit, expellendum: deinde locum in quo eger dolorem sentit, lingunt & fugunt. Multis præterea aliis ceremoniis utuntur, quas Gomara a cap. 83. lib. 2. his storia sua generalis prolixe describit. Vbi credo eum plura quam nouerat narrare.

2. Quod ad coniugia attinet, qui cum eis frequenter versati sunt, animaduertunt in tota India Occidentals aliquos consanguinitatis gradus obseruari. Filius enim matrem, frater sororem, pater filiam in uxorem non ducet. Sed in aliis gradibus veluti Patri & neptus, nepotis & amitis, patruelis & ceteris, nullo discrimine utuntur. Quod a quibusdam abstinent, id non sit quod lege aliqua expresse inter eos constituta prohibeantur, sed tantum instinctu quodam naturali, ac quod si quis cum matre aut sorore aut filia sua coierit, eum misere peritum, pro certo statuant sine experientia aliqua edicti sine aliter.

Caterum Polygamia inter eos vulgaris & usitata est, praterquam in quibusdam consimilis prouinciis, ubi tenuores unam tantum uxorem ducunt nec plures. Sed eascum volunt dimittunt, & alias ducunt, nec magna opus est occasione ad coniuges dirimendos: Satis est, si una aut altera pars id petat, vel utraque. Veruntamen et si tam liberum sit diuorsum, raro tamen eo utuntur: ac precipua causa cur maritus aliquando uxorem dimittit, est sterilitas, quod scilicet ex ea liberos suscipere nequit.

Caciqui autem, seu reguli aliquando septem vel octo uxores habent, quot gallus gallinas. Et quamvis inter tot uxores sepe una ceteris praeat, & a marito in amore coniugali præferatur, illud tamen nullam Zelotypiam seu emulationem inter eas parit, nec impedit quominus omnes simul cibum sumant, ac sub uno techo iuxta omnium maritum pacificer vivant sine ullo murmure vel contentione. Quod insigne est exemplum concordia, ac familiæ bene instituta hac in parte, in coniugio alioqui illicito: Cum rarissime accidat etiam inter Christianos, ut socrus & nurus, vel etiam duo sorores sub eodem techo habitantes diu sine iurgo & lite simul maneant. Quid ergo fieret, si singulires vel quatuor uxores haberent?

Peruani & Mexicanii tot uxores ducunt quot alere possant, instar Maurorum. Sed inter eas una est primaria, & quasi domus hera. Huius libertatis paternis succedunt: reliquarum, que sunt instar concubinarum, liberi ab hereditate excluduntur, ac spuriū habentur. Solit etiam Mexicanii quibusdam ceremoniis uti, cum primariam illam & legitimam uxorem sibi despondent, quas in aliarum nuptiis non obseruant. Relat. Themist.

3. Quod ad pudicitiam mulierum & puellarum illius regionis attingit,

tinet, iam ante dictum est, circa sinum Paria, in Cumana & in aliis continentis provinciis patres filii suas antequam matrimonio iungat, venerandis illis presbyteris quos Piacchi vocant, proficere.

In Bresilia primo obuias eas prostitutere non grauantur, (sicut & in quibusdam Orientis provinciis) tamen cum semel nuptie fuerint, sedulo ipsis cauendum est, ne in adulterio deprehendantur, ne forte vel morte afficiantur, vel ignominioso a maritis dimittantur, qui utrummodo eas puniendo potestatem habent.

In aliis continentis regionibus ubi Hispani frequenter versati sunt, mulieres non tantam sui honoris & pudicitia rationem habent, presertim nobiles farnime: non tamen cum quibusvis indiscriminatum coeunt, sed tam cum iis, in quibus aliquam stirpi aut virtutis nobilitatem animadnertunt. Hinc sit quod libenter Christianis se profluant, quoniam eos viros fortes & magnanimos esse conspicientes, omnes vulgo nobiles existimat, ac maxime eos, quos in alios imperium aliquod habere vident, quos magni faciunt, summiq; honoris loco habent, si se ab aliquo ex ipsis colis & amari sentiunt. Multa etiam ex illis, ex quo cum Christiano aliquo coerunt, quamuis discedat fidem tamen ipsi seruant non secus ac in legitimo matrimonio, modo redditum dim non differat. Non sunt enim ex numero illarum, qui in viduitate diu permanere volunt, aut monialium, que perpetuum castitatem voverunt.

Hispani barum feminarum nobilium Indicarum lascivia comode & si sunt, partim ad libidinem suam explendam, partim ad multas regionis arcana detegenda, ac pauci prefecti fuerunt inter eos qui primas regiones occuparunt, quistres aut quatuor eiusmodi concubinas Indicas secum semper non habuerint. Vasco de Valboa unam habuit, qua proditionem quandam Indorum aduersus ipsum & ipsius copias suscepit et ipsi detexit. D. Dietericus de Almagra unam etiam habuit ex Panama, ex qua filium eiusdem secum nominis suscepit. Marchio Franciscus Piz, arrus ex sorore Regis Atabalibe, & ex altera quadam Cuscan liberos suscepit.

Interea Hispanis non eandem ipsis fidem seruant, quam ipsa Hispanis, prasertim si in bello aut inter pradandum capta fuerint. Non enim est ipsi religio, postquam iis uterum impleuerint, eas vendere atque se abalienare.

Caterum et si hic costus Hispanorum cum Indiae feminis, nihil boni protulerit, tamen Europa multum illis debet, quod inde luem venereum attulerint: Flagellum reuera aptum & conuentens ad supplicium de hodierno luxu & intemperania sumendum. Hoc accidit in secunda Chriſtopori Columbi in Insulam Hispaniolam nauigatione, ubi Hispani

Spanciata intemperanter feminis illius Insula abusifant, ut multi inde morbum illum contracerint, eiusq; semē in Hispaniam attulerint, quod postea Neapolij sparserunt, unde deinceps in totum orbem disseminatum est. Gonz. Omne lib. 2. cap. 14.

In proximis Colima & Quirama virgines antequam nubant, cum viris illo modo nec versantur nec loquuntur sed se vel domi continent, vel agris colendis occupant. Quid si forte quae piam cum viro concubuerit antequam nuptias sit atq; id postmodum innotescat, maritus eam deserit, atq; alio se confert. Ille autem qua in eiusmodi peccatum iudiciderint, perpetua infamia notantur, nec unquam honestariorum faminarum cœtu interesse audent. Vici sum si quis maritum in adulterio deprehendatur, primores illius vici, in quo ille habitat, (qui solent esse maiores natus & generosiores) cum morte multant, nec licet cuiquam prof quam unam uxorem habere nisi forte clam id fiat.

Quod ad ceremonias attinet quibus matrimonia sua celebrant, valde simplices sunt. Qui filiam habet nubilem, per pagos & loca alia in quibus sit aliquis conuentus hominū ambulat dicens: Filiam habeo nubilem, nullusque vestrum eam vult uxorem ducere? Si quis inueniens ibi reperiatur, qui eam vult, respondes, Volo. Tunc simul colloquuntur, & matrimoniū contrahunt. Deinde patre eius, qui eam ducere vult, ad virginem se confert, illiq; munus aliquod adfert. Ab eo tempore, absq; villa alia ceremonia ratum habetur matrimonium: restat tantum nuptiarum celebratio. Ad nuptias autem celebrandas, consanguinei, affines & amici viri usq; pars in sponsō pago congregantur, vix cantant, saltant & potant toto die. Deinde per consanguinei sponsum & sponsam in loco aliquo, ubi nemo eos videre potest, concludunt, ac eos ambos solos ibi relinquent. Relat. Fernand. Alex.

Bresiliani etiam in nuptiis celebrandis paucis ceremoniis utuntur. In hoc ab illis differunt, quod apud hos, qui virginem aliquam sibi matrimonio copulare voluerit, postquam ipsius consensum habuerit, ad patrem, aut si orphana fuerit, ad propinquiores cognatos eam petiturus se confert. Si consenserint, exinde absq; illo alio contractu, eam pro uxore balas & secum dedit. In hoc etiam differunt, quod Bresiliani tot uxores habere possunt, quot volunt: Illi vero unam tantum ducunt. Hist. Brasil. cap. 17.

Quod autem in hisce barbararum matrimonii existimo maxime obseruandum, hoc est, nempe quod est si Satan barbare gentium barbarorum mores & naturas mira variauerit, tum hac in re, tum & in reliquis. Iamen ex eorum animis hanc legem natura delere non potuerit, nempe, viros & feminas non debere confusus & discriminatis, inter se

coire in stirpium, sed hanc coniunctionem coniugii honestate ve-
landam esse, atque oportere unumquemque habere suam uxorem, et una-
quamque feminam maritum suum, sicut a Deo constitutum est, non ob-
stante pluralitate abusu.

IItem, quod apud has gentes Occidentales Satan id obtinere non
potuerit, ut probarent adulterium, quod in plurimis earum regionum
locis mortis supplicio punitur. Ita ut ad arguendos eos qui concubinatu
concesserunt, prohibito matrimonio, aliis doctoribus opus non sit, quam
his misericordia barbaris Sibolianis aut Americanis.

Quis quid sit, santonum abest, ut Indi uxores suas Hispanis profisi-
tuant ad eorum benevolentiam sibi conciliandam (sicut inter Christianos
sape fieri videmus, ut viri uxorum suarum pudicitiam profisiuant
ad comparandas sibi opes vel dignitates) quin potius si quando Hispanos
tale quid tentantes inuenerint, eam iniuriam severissime ulti sunt. Te-
stes sunt primi illi Hispani, qui in Indianum cum Thalassiarcho Christo-
phoro Columbo transfretauerant. Nam simul ac Columbus naves co-
scendisset ad redeundum in Hispaniam, triginta illi et octo viri, quos
in Insula Hispaniola reliquerat, feminas illius Insulae rapere cope-
runt. Presumendum est id ab iis factum, ad linguam Insulae illius ab
ipsis addiscendam, aut potius ad docendum ipsas linguam Hispani-
cam. Interea quocunq; animo id fecerint, Insulani non libenter vide-
runt suas uxores tam familiariter ab istis nonis amasis Hispanis pal-
pari, sed tam serio ira exarserunt, ut ne unum quidem viuum reli-
querint.

In signe eius rei exemplum quoq; habuimus, cap. 19. huius libri, de
quadam Principe Indo, qui prefecto Hoidea, quod uxorem suam ra-
puisset, eiusmodi vulnus influxit, ut ab eo tempore nunquam bene va-
luerit, sed tandem ex eo vulnere insanus obierit.

Ex simili facinore exorta est semel periculosa Indorum seditio in
Insula Hispaniola Anno 1519. dico regulo quadam nomine Henrico.
Hie Henricus baptismum suscepit, ac legendi scribendiq; artem didi-
cerat. Quum ad maturam atatem peruenisset, uxorem duxerat, His-
panisque in seruiebat, quin in vico quodam illius Insulae S. Ioannis de la
Maguana vocato habitabant, ubi etiam nobilis quidam nomine
Petrus de Vadiglio Admirali Didaci Columbi legatus morabatur.
Hic regulus cum animaduertisset, uxorem suam ab Hispano quadam
amari, de eo apud legatum illum conqueritur: qui non tantum reum
pro merito non puniuit, verum etiam Indum illum consumelia affe-
cit, ac in carcerem coniecit. Dein aliquanto post tempore cum dimi-
nit, adiunctis minis, nisi a tali querimonia abs lineret. Indus ad Cu-
riam

riam Parlamenti que erat S. Dominicis consert, et ibi suas querimoniae exponit: remittitur ad iudicem suum, nempe Petrum illum de Vaudiglio, cum expreſſo mandato, ut breui tempore ipſi iniurias reddatur. Vaudiglio rurſus in carcerem eum coniicit, ac peius trahit, quam antea. Henricus dimiſſus iniuriam quācum potuit diſimulauit, donec opportunitatem nactus eſſet omnes iniurias, quas pertulerat ferme vilescendi. Quod tā ſeuere executus eſt, ut per tredecim integros annos, quoī quo Hispanos reperire potuerit, trucidauerit cum exquisitiis tormentis, nec unquam Hispanicum comprehendere potuerunt.

4. Qui cupit ſcire quomodo Indi, falcis Americani, infantes fuos simul ac natii ſunt alant et tractent, legat 17. cap. Histor. Brasiliæ ſub finem, ubi Leriuit prolixè diſerit de iis, quae ipfemēt videntur.

5. Gomara lib. 1. Historie ſuageneralis cap. 28 ſic feribit, inter leges ipsorum (loquens de Hispaniola incolis) hac eſt maxime inſignis, quod fures cuiuscunq; furti reos palo transfigunt. Si Gomara ſolus hoc dicere, vix crederem: Autor enim ille mihi admodum ſuceptus eſt: priuia de his rebus magna ex parte tantum ex relatione aliorum diſerit: ſecundo quia vi plurimum Indi multa imponit et affingit, de quibus ne cogitarunt quidem unquam: fuos autem Hispanos ſere ſemper extollit, eorumque viua diſimulat: quod ab officio boni historici alienum eſt. Sed D. Gonç. alius Oviedus cum ipſo conſentit de furti pena, cap. 3. lib. 3. hiftorie Indice, ubi ſic feribit, Grauiſſimum peccatum, quod Indi iſtius Iſſule, (loquens de Hispaniola) magis detestabuntur, quodque ſeuervi puniebant, etat furtum: ita ut quicunque minimi furti coniictus eſſet, palo viuus transfigretur, quod viuatum in Turcia ſupplicium eſſe dicitur, atque ita transfigiūt ibi relinqueretur, donec per ſe moreretur. Hoc tam etadele ſuppliacione efficiebat, ut rari inter ipſos furere perirentur. Quod si quis in illud crimen incidet, nec diſtonulabatur nec celabatur, nec ipſi ullo modo ignoscebatur: nulla conſanguinitas aut amicitia cum a morte liberare poterat: immo pro crimine ferre babebatur, ſi quis auctus eſſet profure intercedere aut procurare, ut pena ipſi vel remitteretur vel mitigaretur. Hac ille: cui ſi fidem adlibere voluerimus, dicendum erit, homines illiſ furtum non ſi puniuiffe, quod bona huius feculm magnificerint, aut tot ferratas, claves, ciftas habuerint ad diuinas fuas a furum manibus tuendas, ſicut in hiſ locis fieri videmus. Sed quoniam Occidentales illiſ ſunt magna ex parte liberales, parcoſq; et ſordidos capitals odio proſequentes, fieri potefit, ut Hispaniola incole furtum ſic punierint, tanquam prodigiosam atq; ab auaritia pſiſcentem, quam natura detestantur. Adde quod furtum ſolit ſeuervi puniri inter eas nationes, in quibus nemo de altero diſſidit, nec quicquam eſt clansum

Q. 2. aut

aut intrā adēs repositum , quoniam nullus est furum metus : quemadmodum in multis Germania locis.

Ego tamen potius inclinarem in authoris nostris sententiam : nempe , ubi auaritia non habitat , ibi nec furtum locum habere posse , ac de hoc idem fere responderem , quod ille qui interrogabatur , qua pena afficerentur adulteri Sparte : Nulli (assebat ille Lacedamonius) reperiuntur Sparta . Sed si quis reperiretur (dicebat alter) qua pena multa eretur ? Tum ille daret , inquis , bouem tantum , ut porrecto vlera Taygetum montem collo , biberet ex Eurota : cumque alter ridens dixisset , fieri non potest , ut tantus bos insueniatur . Nec inquit Lacedamonius fieri potest , ut Sparta existat adulter , ex qua delicia exulant . Sic quomodo possent fures inueniri , vbi non est auaricia , & omnia fere sunt communia ?

Præterea non memini me legisse , nec in Ouidio nec alibi , hoc genus supplicij usitatum fuisse apud Indos Occidentales præterquam hoc in loco . Ac posset hac historia poni inter eas , quas Ouidius conqueritur alibi se certe & cum veritatis fide describere non posuisse , quod suotempore iam valde pauci Indi restarent ex stirpe illorum veterum

Insula incolarum , ex quibus antiqui eorum mores vere cognosci possent.

g. In-



Indorum Occid. fruges. Pannis faciendi mos. Potus,
Pomorum & fructuum varia
species.

CAPUT XXVIII.

BE gentes frugem suam vulgo *Maiz*, vocant (quæ ab Insula Hispaniola , prima à Christianis reperta, cō- uehitur) ut vinū Chichia : lntres Canoas : enses Ma- canas : regulos Cacicós, nominant. Ad sementes fa- ciendas terram non arant: sed modice altitudinis scrobibus effos- sis, tria quatuorve grana in vnam dimittunt, terraque operiunt. Singuli culmi tribus quatuorve paniculis onusti adolescent, qua- rum singulæ grana centum & amplius fundunt. Maizij scapus ho- minis altitudinem exsuperat, & quibusdam in prouincijs bis in anno colligitur.

FEMINA E pistrices, quæ Maizij coquendi curam habent, prius sub vesperam frigidam eius frugis quantæ visum est menfurae, affundunt: ita maceratam, mane sequentis diei duobus filici- bus paulatim tundunt & frangunt, quedam erecte in pedes, quædam flexis humi genibus: sedulo interea cauentes nequid pilorum aut pediculorum in opus decidat. Massa confecta, postquam aqua paulatim consperferunt, panes modicos aut longa aut ro- tunda figura ut libet faciunt, & folijs arundinum inuolutos, tur- fusq; leuiter aperitos, coquunt. Hic vulgaris panis est, & post duos dies mucciit.

NOBILES vero ita parato vescuntur. Maizij grana in pilis feminæ tendunt & frangunt: mox aqua calida macerata ita folli- culis deglubunt, ut solus larinæ flos remaneat. Eam quo ad fieri po- test subigunt, pinfuntque, & massa confecta atque in pastillos distributa, liba aut terracea modica conficiunt: quæ testo rotundo imposita lento igne percoquunt. Genus id testuaci panis opero- sum est, quum recenti subinde sit opus: atque ut calidus, ita vetus & frigidior, patrum utilissit: medio vero temperamento salubris, quum neque nimium recens nec vetus est. Quum per earum ter- raram inculta & deserta iter facerem, necessitate magistra pinsere id frugis genus didici, ne illud videlicet erudum aut tollum deuo- rare cogerer. Sed durissimi eius grani pistura molituraq; immensi laboris est: ac quum sepe ad satietatem mihi non supereiset, Indoru- rum nobilium more corticem non exmebam, neque vero ad illud

Q,

illud

illud multum p̄fendendum lacerti mei fame debilitati patet esse poterant.

Cazabi,
secondar-
ius panis
Indorum. A L I V D etiam genus panis habent, quod Cazabi vulgo appellant. Id ex Iucca conficitur: radix est napi crassitudine, qua nullum ex se semen fundit, sed cannas tantum quasdam nodosas & solidas, viridibus folijs, ut cannabis. Eas cannas, vbi maturitas adeat, in taleas duos palmos longas exsecant, quas in tumulos quosdam, (Conuchos appellant) digestas, terra obruunt. Ex illis intra biennium radices mira amplitudinis crescunt: quoties vero id genus panis confidere volunt, earum radicum quantum visum est eruant, paucas tamen unaquaque vulsione, quia breui corrumpuntur. Mox purgatas acutis silicibus, quos ad littus maritimum legant, velut cultellis, exsecant: ac ex iis segmentis panno inuolutis succum exprimunt (id presentaneum venenum est, si bibatur) deinde Iuccam ita subactam inferentes foco, ingenti testa fictili, velut libum farraceum, impositam igni tamdiu torrent, quoad omnia cohærent. Postremo inde sublatam massam ad solem exsecant, camque in modicos & maiores veluti pastillos distibuent.

I d cibi genus, meo iudicio, admodum asperum atque infelix est: si loco sicco & sudo recondatur, tres quatuorve annos incorruptum durat. Sed fere quū estur, guttur humore aliquo collui necesse est: alioqui propter asperitatem fauces angit, atq; ægre degluttitur. Mihi quidem, quum eo sicco & minimè humecto vteret, videbar terram mandere: si iure carnium diluatur, iucundius est, sed ne ita quidem multo melius. Omnes naues, quæ ex Hispania in eas oras traiciunt, redditus eius panis commeatu onerantur, prætereas, quæ à Vera-crucis nouæ Hispaniæ portu, soluunt: siquidem in omnibus " Septentrionalis Oceani oris, insulis & prouinciis, quæ ab Hispanis incoluntur, ne vnum quidē frumenti granum colligitur, Nauigia vero fatina & biscoctis seu nauticis panibus instructa è Mexico veniunt: atq; inde ducentorum ferme millium spacio mulis & carris varias in partes exportantur.

" De eo
mari vide
sepa. pa-
gin. 104

Bartacæ
& Hais
radicum
specie.

D v o præterea radicum genera illis sunt, quarum alias Bartacæ, alteras Hais vocant, indiscreta prope specie similes, nisi quod Hais minores & sapidiores sunt alteris. Porro plantantur, & sextum intra mensem fructum edunt: ceterum fapore quidem aliquantulum dulci, sed satietatem mox & fastidium inducente, exiguæ etiam admodum succi sunt, ventosque ac superuacuos flatu gignunt, & vulgo sub prunis coctæ edi solent. Sunt qui dicant eas radices

radices panem facchaten (vulgo Martium seu Marzapanem vocant) aut castaneas faccharo conditas gultu repreſentare; verum <sup>Gomara
lib. His.
Gen</sup> mei palati iudicio, vel fine faccharo meliores sunt castanæ.

QUANDO in eum sermonem de Indico pane incidi, haud alienum erit de eorum quoque vino agere, ac ptaſſertim de eo potuſt quem ex Maizio moliuntur. Fœminæ illæ panificæ, de quibus ante, eius frugis quantum viſum est pro modo vini, quod facere instituerunt, capiunt. Id vbi triuere & pinsuere, in ampla quædam vaſa aquæ plena demergunt: tum illæ que potus eius faciendi curam habent grana aliquot depromunt, & in ollam infusa aliquantulum macerant atque emolliunt: mox aliis fœminis, quibus id munera commissum est, tradunt. Illæ ea grana in os accepta, paullatim conficiunt, cōminuuntq. deinde vi quadam & veluti tuffiendo excussa folio ad id comparato aut forte scutella excipiunt: tum in amplum vas coniecta reliquo humori admiscent, nempe quod sine hoc velut fermento nulla ei cælia vis insit, & tres quatuorve horas igni ſufferueſciunt: poſtem inde ſublatum liquorem poſtquam deferbuit, refrixirque, linteolo colatum in vaſa infundunt, ita perfectum ac temperatum, ut non minus succus ille quam verum vinum inebriet.

ALIA præterea potus genera excogitarunt ex melle, pomis, radicibus, ſed que, vñ hòc, non inebrient. Magnam etiam arborum vim habent ex terra, que vnuas quasdam agrestes ferant: earū acini prunorum filicetrum specie, que è spinis & atbusis nascuntur, nigro folliculo vſtiuntur: ſed quia multum illis ligni, parum pulpa, inefſt, exiis indigenæ vinum non faciunt. Sunt & ibi arbores oliuarum feraces, ſed inſuauio odore, tum ſapore etiam peiore ſunt.

Vnages
iles apud
Indos.

VARIAS fructuū species, & eas abunde habent: quales ſunt Houi, Platani, Pineæ, Guaiacæ, Mamei, Guanauanæ. Houi pru- <sup>Varijs po-
morum de
fructuum
species.</sup> norum Damascenorum crassitudine, pauca carne, grandiore ligno: vbi maturuere flauescant, ſubaciſſi faporis. Arborum fructum ferens, magna eſt, folia vero modica. Platani longiores quam crassiores ſunt: minores multum maioribus præſtant. Arbor ipsa folia ſequipalmi latitudine, quatuor palmorum longitudine porrigit: inter que ramus enaſcitur, qui centum ac plures platanos minores fundit: ſin vero maiores, viginti quinque aut paucio amplius. Tenera eſt hæc Arbor, nec niſi ſemel fructum fert qui anno ſpatio perficitur. & ex ipſis radicibus alij ſtolones fruticant. Vbi maturuit fructus, legunt: immaturum adhuc & acerbum non decer-

decepunt, sed excissam arborem loco calido reponunt: ibi platani celeriter maturescunt flaveantq. Corio vestiuntur obtusa cultelli partis crassitudine: quod superest, pulpa est, sapore in dulcedinem vergens. ¹ Pineæ arbusculis quibusdam proueniunt, flavi coloris, ubi maturuerunt, iucundi odoris, & saporis longe optimi. Itaq; in deliciis suis: mihi certe contigit, sicut & multis aliis, ut æget ceteros omnes cibos fastidirem preter hunc: &, mea quidem sententia, haud quisquam fructus alius per omnes terras hoc amabilior suauiorq; est. Demto cortice, quidquid subest pulpa est: dulcis in uniuersum sapor, subaustero aliquantulo temperatus.

*Arbores
frugiferæ
Indicæ,
nobis
gnatae.*

GVALAVVS arbor Persica aut Armenij specie, foliis vltauri, sed crassis & longioribus, celerrime senescit: fructus eius, mespili similitudine, sed multo crassior, pendens in arbore maturescit: nisi maturus decerpatur, vermes gignit. His fructus multa semina & grana clausa habent: purpurei candidis præstant & optimi saporis sunt. Mamei arbor est mediocris nucis magnitudine, longiore quam latiore folio. Fructus eius in Insula Hispaniola rotundi: in cōtinente vero longi & crassiores, & gustu iucundiore sunt. tres quatuorva acinos, seu interiora ligna habent: pulpa in spadicum colorem ver gente, tenui tunica, sapore aliquantulum dulci.

G V A N A V A N V S arbor modica & gracilis, fructum fert cordis effigie, corio viridi & subtili, squamarum in morem vestitum, introrsus candidum. Exstant etiam, paulo diuersæ ab histormæ, orbicularis cius arboris fructus, crocei coloris & prioribus illis longe meliores, omnes vero intus acinos exiles spadicei coloris gerunt.

1. *Pineæ, fructus Indicæ, genus, specie, odore, & sapore omnium longe nobilissimum: cardui altissimæ: aut nucis pineæ figura, unde nomen accepit: mediocris melonis crassitudine. Odorem ex se fragrantissimum fundit: gustum mali cotonei, persici, & pyri miscet, simul referens. Est in sublato illo quoq; veluti fibroblis, squamatim compacto, (quamquam nō ligneo) cortice includitur. Gonzall, Ouidius Historie Indicæ, lib. 7. c. 13. Eundem plane fructum esse putocum eo quem Brasilienses Indi Ananas vocant, quantum ex descriptione D. joannis Lerii, amici mei, colligo. Historia Naturæ Brasiliensis, non per ab eo Gallice editæ, cap. 13.*

2. *Hobus, seu Houus, proceræ & pulchra arbor: umbra quidem salubritate adeo commendata, ut quoties Indi in militiam aut peregre cuntes, aut greges in pecuariis pascentes, cubare sub dio necesse habent, Hobum semper, umbra tantum gratia, expetant & querant. quisque sub ea dormientibus caput nunquam grauari, ut aliarum arborum umbra-*

umbraculis, ferunt. Mirum præterea de hac arbore proditur. Si forte in squalidis siccitatibus campis, aquarum penuria peregrinæ cunctibus sitim accenderit: atque illicis in Hobum inciderint, ablaqueato arboris pede, è radicibus eius taleam excidunt. Mox alterum talea caput ori inferentes, velut gutti aut ampulla epistomium, altero manu elato, tantum inde humoris vim exsugunt, ut faciliter sitim restinguant. Guttatum uidelicet primò inde flallante aqua, mox tractim & continuo veluti filo defluente, ut quamvis sitibundos expletat: Id se expertum scribit Onodus Hist. Ind. lib. 8. cap. 2.

¶ India Occid. peculiaria insecta. Hispaniola breuis descriptio. Cur vino & triticum proprie mepha sit. Sacchariferax est. Mer- catura, qua hodie ibi exercentur.

CAPVT XXXIX.

N omnibus suprà memoratis insulis nullum quadrupedum animalium genus repertum est, præter exiguos quosdam cuniculos, canibus haud absimiles. Sed pestiferis insectis maximè infestantur: inter alia Niguae & magnitudine pulicis, citra vllum sensum inter carnem & vngues, præsertim pedum, sese immergunt, alunturque in puluere. Sæpe numero accedit ut nullus ex iis dolor sentiatur, donec in magnitudinem cicerum aut lentium exreuerint: ac tum iam ingenti lentium copia fruticante, acu aut spina ægre euelluntur: atque id mali cineribus calidis sanatur. Porro Numidica mancipia, quæ Hispaniæ in familiis habent, quod non habeant vnde calceis pedes munitant, ea pestis peruvacissimè infestat: tantaque copia eorum pedes appetit, ut nulla cura aut arte, præterquam igni aut ferro, arceri queant. Itaque multi ex eo digitis pedum aut pedibus integris mutilatis superfuere. Ego vero etiam in ea Peruanæ regni prouincia, quam Portum veterem appellant, præterquam quod, propter immodosos labores terra mariq; perpestos, totum corpus & crura foeda portigine obfessa ægrè trahebam, sæpe intra pedes meos tantam vim Niguarum istarum repeti, ut nec opinata eares non parum formidinis mihi incuteret. Ac certè, nisi summa sollicitudine abluendo corpori flumina subinde adiisset, male haud dubie rebus meis prospexitsem: quemadmodum plerisque Hispanis vsu venit, qui ter quaterve in die ablendi aqua corporis, & cluendæ eius pestis pigritia, exesa mox & truncata membra circumtulere.

*Insecti palli-
cer, infesti &
moy.*

R

IAM

Hisp. & Cib. I AM à me suprà dictum est, insulam Haytin ab Almirante Columbo Hispaniolam dictam fuisse: quæ mille & ducenta millia passuum in circuitu patet. Ea portibus, fluminibus, piscibus & sale abundant: sed in ea duo celeberrimi lacus, unus salinas, alter dulces aquas egerens. Ceterum omnium flumen quæ ab Hispanis in ea insula reperta sunt, unus maximè auro abundat Cibaus. Præcipua insulæ vrbs San-dominica, * est à Bartholomæo Columbus condita & ab eodem ita appellata, quod quum litora insulæ perlungans tutum aliquem & commodum portum appulsis eò ex Hispania nauibus quæceret, ad eum forte locum S. Dominici die applicuit: atque ex eo tota etiam insula San-dominici nomen retinet. Sita estea vrbs in planicie maritima, & meo tempore quingentis focis & domibus constabat. ** Ozanæ* *ibid. nasc.* Ædificia ibi bene structa neque aliter quam in Hispania sunt. Ad Occidentalem eius partem * Ozanæ fluuius in mare delabitur, atque ibidem bonus & tutus portus est, ac multarum nauium capax: ibidem profundissimæ & latissimæ siluae: in circuitu mille & ducenta passuum millia excedens, latitudine ducenta & viginti implet. Arcticus polus ei gradus 22. & dimidium: Antarcticus vnde viginti & paulo amplius, eleuatur. Longitudo eius ab ortu in occasum porrecta sexcenta circiter passuum millia patet & totius in vniuersum insulæ forma foliæ castaneæ figuram exprimit.

Generallij. *Gen. lib. 1.* *Cap. 5.* NON NULLI dicunt in ea insula frumentum facile nasci, parum tamen colligi propter nimis luxuriantem vbertatem soli: deinde abundantia Maizij & indigenarum frugum fieri ut de seminando tritico non multum laborent Hispani. Verum ego dico, ibi nec parum nec multum frumenti colligi. Atq; huius rei causam quum ex Hispanis quibusdam natu grandibus sciscitatus essem, responderunt mihi, Immodicis caloribus fieri ut generandis nostris frugibus illud solum ineptum sit, atque id totius insulæ commune est. Principio quidem, quum primum ab Hispanis incolicepta est, coloni aliquot in montibus Cibao vicinis paululum frumenti seminarunt. Inde, quod planis locis montana frigidiora sunt, circiter medimnos quatuor retulere: sed quia in asperis illis & montosis saxetis agricolarum cultus cum vberimo prouento elaborate non poterat, in iis sementem facere deinceps cura non fuit. Itaque ex Hispania farinæ annonam sibi prouident, quæ folliculis & cadiis conuehitur, ac si forte tardantibus nauibus panis defecerit, Cazabi Indico pane velci Hispanos colonos necesse est, quum non multam Maizij copiam seminarre soleant ob aduectiæ illius farinæ spem.

EARVM

EARVM arborum quæ ex Hispania eò transportatæ sunt, *Pars in His-
pania agricola* paucæ coauerunt: Malus Punica videlicet, Aurantia, Citria, Medi-
ca, & aliquot fici duntaxat. Vites ibi plantatae exiguae quasdam v-
uas malignè fundunt, quarum libra dimidio ducato æstimatur.
Ipsi Didaci Equitis secretarij vineam vidi multis vitibus & palmi-
tibus confitam: quam quum vel optimè coleret, vix ad 40. vuarum
libras colligebar. Ac ne ipsi quidem botri admodum iucundi fa-
poris sunt, & ferè Februario & Martio vindemiari solent. Æstatis
enim initium à Ianuario usque ad exitum Aprilis: Hiems incipit à
mense Maio, Decembri desinit. Neque ea tempestas anni Hiems
dicitur, quia tum frigus ingruat: sed propter imbræ continuos. a-
lioqui enim æstate ipsa calidior est. Quippe tum remittentibus ven-
tis, terra humidi calidiq; vaporess exhalant, & multos mōrbos affe-
runt. Æstate contrà insulam Aquilones continuè perflant, perpe-
tuæq; cœli serenitas conspicitur.

HORTES si aolera, quales brasicæ vulgares & capitatae, ra-
phani, lactucae, cucurbitæ, & melones, magna copia ibi luxuriant:
sed cæpæ & alia vix vñquam bona euadunt. Itaque eorum olerum
vim magnam naues ex Hispania deuehunt, cum aliarum rerum
commeatu, id est fabis, ciceribus, lentibus, amygdalis, nucibus,
ficiis, vuis passis, oleo, oryza, melle, caseo, ampullis, catinis, scutellis,
aromaticis, pannis, sericcis, aluta, vino, pane biscocto, aliisque eiusmo-
di rebus quæ catellus non fert.

IBIDVM omne genus quadrupedum, pecudumque ex His-
pania transuersum ad propagandam stirpem, magno prouento
sobolescit & Hispani nonnulli sex octo millia animalium in
pecuaris atque armentis possident: Quam multa visum est eorum
cuilibet in suum usum macctare licitum est, modò pelles addominum
referat.

In ea præterea insula magna Sacchari ^s copia fit, ac dum ibi
commorarer, triginta quatuor machinæ sive torcularia eliciendo
facchato occupabantur. Dux quidem hæres Saccharum videlicet
& Coria, seu pelles, præcipuæ sunt eius insulæ merces: ac mercato-
res qui hodie ex Hispania eò nauigant, redeuntes nihil ferè præter
hæc inde reuehunt. Quippe Hispani effodiendis metallis, argento
& auro adeo feruidè incubuerunt, vt vix iam granum vnum re-
penatur, & maximi precij moneta, quæ hodie in San-dominici
oppido percuditur, quatuor tantum maravedis valet, id est solidum
nostratem. Itaque si mercatoribus aurum & argentum compara-
re libeat, ex eo licet quod nunc tantum è Peruana & Cap-fondu-

R 2 rensi

ensi prouinciis, aduehitur à negotiatoribus qui ad equorum, mancipiorum, & molorum mercatum in Hispaniolam veniunt: ex eo, inquam, auro possint emere, nisi intertrimentum ingens & iactu-racos à tali mercatu deterret. quippe ducatus ex auro puro pu-toq; duorum alterius monetae precium æquat. Itaque non aliis ferè mercibus quam coriis, saccharo, casia & Guaiacano, id est ligno sancto, naueis onustas reuehant.

1. Ab istis Niguis valde afflictis fuerunt Hispani primum in Hispaniolam Insulam appellentes, antequam malum detergerent, aut necessarium remedium edocerentur: ut etiam pleriq; pedum usum amiserint. Hoc infecti genus tot oscere Indie Occidentalis continente reperitur, praesertim regionibus planis qua ut plurimum calida sunt & humida: Brasiliensis Ton appellant, ut ex eorum scriptis liquet qui illius Regionis Historiam descripsierunt.

2. Secunda Christophori Columbi in Indias nauigatione, urbem cui Isabella nomen indidit, in Septentrionali Hispaniola Insula parte condidit 1493. Sed circiter quadriennium aut quinquennium post, deser-ta est ea Colonia, Hispanis in aliud insule latius quinquaginta leucis inde distans sese conseruentibus, quo loco Bartholomaeus Columbus. Hispaniole praefectus, urbem condidit D. Dominici nomine dictam. Huins mutationis causa ex tali occasione orta. Adolescens quidam Hispanus Arragnia Provincia oriundus Michael Diaz, nuncupatus, è Gubernatoris familia, orto dissidio, alteri Hispano tria aut quatuor vulnera infixit, quae tametsi non essent lethalia, & esset Gubernatoris domesti-cus, isti tamen herere non est ausus, metuens ne in vincula coniectus puniretur. Discedit itaq;, comitantibus quinq; aut sex alijs Hispanis, qui huic pugna interfuerant, & Insule littus legentes Orientem versus, illam ambierunt, donec in Australi Insula littus peruenientrem, quo loco urbs D. Dominici nunc condita. Isticq; confisterunt, quia pagum inuenierunt ab Indis cultum.

Temporis successu accidit, ut versante familiariter cum Incolis Michaeli Diaz, Nobilis quedam Matrona India, illius amore corri-peretur, & aliquot etiam proles ex eo conciperet. Huic vero, qua postea baptisata, Catharina nomen accepit, adeo charus erat iste Diaz, ut il-lius causa, reliquos Hispanos perhumaniter exciperet, & illi etiam de-gereret auri metallicas venas septem leucis à D. Dominico distantes. Deinde illum rogabat, ut omnes Christianos ipsi amicos Isabelle habitan tes enocaret, se illis quacunq; ad viictum, & alias necessaria essent, prebituram pollicita. Illi insuper probans, tota ea Insula nullam esse re-gionem vel elegantiorem vel fertiliorem sua: quare amentorem habe-ret su-

ret fluminum, aut portum ad excipiendum naues commodiorem. Michael Diaz, cum ut sua amica petitioni satisfaceret, tum ut tam plausibilibus nouis Bartholomai Columbi gratiam promereretur; iter suscipit, & Indicibus itineris ab amica acceptis, per transuersam Insulam progressus, tandem Isabellam peruenit, quinquaginta leucis ab eo, in quo amica degebatur, loco distantem.

Istic amicorum, cum quibus clam loquutus, opera Gubernatori se sisit cum ipsis nouis. Gubernator non modo libenter illi quod actum erat remisit, sed ipsum etiam locum videre voluit. Amicum deprendit, quemadmodum adolescentis illi descripsit, & urbi condenda valde aptum. Ozama flumen, qui D. Dominicus urbem fecit, & Portus altitudinem exploratus, Isabellam redit. Iste omnes suos terrestri itinere, eorum autem impedimenta duabus carauellis imposita mari conducti curauit. Peruererunt ad Ozama fluminis ostium s. Augusti, Domini codie, & D. Dominico sacro, anno 1494. & urbis D. Dominici fundamento iacere caput, non eo loco ubi nunc urbs sita est: sed in ripa Occidentalis fluminis Ozama: iniquum enim censebat Dominam Catharinam, & suis sedibus, aut Incolas Indos eicere. Illi autem urbi D. Dominici nomen indidit, à die videlicet quo istibusc appulit, tuum etiam ab ipsis & Admiratu Christoph. Parenti nomine, qui Dominicus appellabatur.

Postea tamen commendator Dn. Niccolaus Oviedus in alteram fluminis ripam transfluit, ut in eam induceret aquam flumen Huncia, tribus leucis inde distantis, quia Ozama aqua potu apta non est, ob maius reciprocationem quam illam falsam reddis.

3. Noster Auctor certo sibi persuadet, magnam isbarum Indianorum partem, eius esse genij, ut neq; frumentum, neq; venum in ea prouenire posse. Sed Gonzal Oviedus longus longe aliter sentit. Nam hoc vitium non tribuit terra imperfectioni aut naturali antipathia, sed incolarum negligentie, qui in aliis rebus se occupant. Hac enim scribit 11. cap. lib. 3. sua Historia naturalis, amplio primum discursu facto de rebus ex Hispania eis translatis, ut istic multiplicarint. Deniq; inquit, si omnia que ex Hispania illuc transfecta sunt, non aucta sint tali quantitate, quam soli fertilitas requirere videtur, Incolarum culpa est, qui tempore impendere malunt in res maiorem quecumque ipsi adferentes, ut breuis opulentis fiant, praesertim qui istic barere non cogitant. Nam hi aut negotiationem exercent, aut metallicis venis operam impendunt, aut piseations vninumerum indulgent, aut aliis similibus negotiationsibus, nihil aliud animo voluentes, quam ut in patriam reuertantur, simul ac opulentis evaserint. Hinc fit ut pauci vel triticum ferant, aut vites colere velint, adderent quod eorum maxima pars quis eo proficiscuntur, solum illud habent in-

, star Nouera , tametsi plurimis indulgens mater fuerit. Propterea , si interdum contingat , ut neg. vinum neg. frumentum crescat bac in re- gione , soli virtus minime id adscribendum , sed incolis , qui in alijs rebus se occupant , quam in terra cultura. Rem autem ita se habere ipsa ex- perientia docet. Nam frumentum satum egregie prouenit & etiam co- piose. Idem iudico de vitibus , quas si quispiam plantaret & coleret , du- bium non est , quin facile crescerent : exemplo nobis esse possunt elegantes pergula bonis & suauibus vuis onusla , in hac urbe (S. Dominics vide- lices) conspicua. Imo etiam si nulli palmites ex Hispanis huc transfuer- essent : satis multe vites silvestres per uniuersam Insulam sponte crescunt , que cura & cultura mitigate , bonum vinum prabere possent : arbitror enim quoiquot in uniuerso orbe sunt generosa vites , a sponte nascentibus originem sumpsisse.

Eas continentis India regiones qua ad Septentrionem vergunt , qualis est Florida , Canada , Norembega , (à nonnullis Francia noua appellata) & alia à Gallis detecta , qui inde redierunt , affirmant valde fertiles esse & ad culturam aptas , atq. eiusdem prope temperiei & altitu- dinis cum Gallis.

Brasilis Prouincia calidior est , ut qua octo duntaxat gradibus ab Äquatore distat versus Austrum , & pretenditur ad tricesimum quintum , supponentes , illius limites esse Flumen Argenteum. Propterea Galli qui sub Tropico Capricorni habitarunt , scribunt visem quam eo transtulerant facile comprehendisse & in multis palmites luxuriasse amplis foliis praditos , sed unas acerbas produxisse , que tantum absuit ut maturerent , ut potius indurata exsiccarentur. Frumentum au- tem & secalem , in herbam luxuriasse , sed quum spicam produxissent ; grana ad maturitatem non peruenisse : Hordeum autem ubertim & ad frugem peruenisse. Eam ob causam nonnulli censebant solum illud nimia pinguedine sua frumentum & vites maturius protrudere quam sit ne- cessum (nam apud nos antequam sua germina protrudant , diutius sub ter- ra latere volunt quam hordeum) & cum nimium adolescent , minus habere efficacia , ad formandos fructus : Propterea , qui vellet similia grana ad maturitatem conducere , non fore stercorandum solum ut in Gallia solemus , sed potius frequentis feminis iniectione macrum red- dendum & desigandum. Hordeum si ubertim proueniat nibil mirum , pingue enim solum desideras , & eius satione terra macrificat. Alio hoc vi- tium tribuunt partim gleba nimis putri & tenui , partim solis Meridi- anii calori. Vt ut sit , ipsa experientia testis est , quibusdam Peru Tro- uincius & alius , qui frigidiuscula sunt (veluti in Prouincia Quito) fru- mentum satis feliciter prouenire , in aliis minime . Propterea conceperat illis

illis Regionibus grana & fructus temperie illorum & soli qualitatis accommoda.

*Qui D. Thoma insulam lustrarunt sub Aequatore sitam, Apri-
cam spēlantem, eadem referunt quae de Brasiliā dicitur. Sunt enim eius-
dem sere alititudinis, nempe se sapientia, & duero anni tempore frumen-
tum seuisse, sed nunquam ad frugem pervenisse, quia tota facultas in gra-
men luxuriat. Idem etiam tentarunt qui istic sedes fixerunt; sed operam
luserunt: atque diligenter examinatis huius rei causis, nullam aliam dare
norunt, quam solum nimis pingue esse, statimq; germen producere, non
concesso stipula spatio quo semen persicere queat. Idem utrum flirpibus
que in quorundam hortis reposita sint ad pergulas vestendas (alter enim
tota Insula non repertas) enenit: ut lucet tuas ferant, vix tamen, cum
temporium est, bina aut terna grana matura in illis repertas, reliqua
sunt acerba & immatura, quadam etiam vites florem duntaxat profe-
runt, qui siccatur antequam in granum efformari posset. Idque bis singulis
annis enenit Ianuario & Februario, deinde Augusto & Septembri: gemi-
na enim est in ea Insula Aëlas.*

*4. Refert Oniedus ex reliquis animalium mitium gregibus qui in
Hispaniolam transveleti fuerunt suum multitudinem adeo auctam fuisse,
ut plurimi eorum gregatim per silvas oberrarent, & ex domesticis feri-
erent redditus: Quod ad armenta attinet, etiam adeo frequentia esse, ut
sint nonnulli istic Hispani, qui decies sexies millena boum capita posse-
deant, carnemq; bubulam suo tempore tam vilis fuisse precij in urbe S.
Dominici, ut Relde (ponderis genus est 32. uncias pendens) duobus ma-
rauedis (area est moneta cuius 32. regalem argenteum conficiunt, hoc est
binos batzios germanicos) duntaxat astimarentur. Imo adeo negligi
propter frequentiam, ut qui huinsmodi armenta habent per agros va-
gantia, leper numero quadrungentos aut quingentos boves & vaccas occidi-
curent, quorum coria (abiectis carnis) duntaxat recipient, & in Hispa-
niam transvebirent.*

*5. Hispaniola & alijs Insulis occupatis, Hispani nonnulli sacchari-
feras harundines ex Canarijs Insulis eo transtulerunt & plantarunt.
Sed primus omnium Baccalaureus quidam Iuris Gonsalus de Velosa
nominatus quemcum ex eius cultura facere cepit, licet iam ante succum
alijs extraxissent. Is enim propriis impensis Sacchari conficiundi peritos
artifices ex Palma Insula euocauit, Molamq; conterendis Sacchari ha-
rundinibus idoneam fabricari iubet in ripa fluminis Nigra: deinde plures
alijs ipsius exemplum sequuti. Sed fide hallucinatus est, qui Gomara
Generalem Indiarum Historiam, Gallicam fecit, nec Gomaramentem
assequutus est.*

R 4

Sed

Sed ut facilius intelligiqueat quales sint ista mole sine prala: scendum est ea esse duorum generum. Molentum fabricantur ad fluuij alii cuius ripas, ut earum rotas fluuij labentis decursu impulsa voluantur, non secus ac frumentacea & papyracea apud nos mola. Vbi nulla aqua commoditas: Prala longè maioribus expensis fabricantur, & difficultius tractantur. Nam opus est at biopibus mancipiis aut equis ad rotas versandas, perinde ac sit in nostris trusatilibus molis, aut pralis ad oleum exprimentium.

Contritis & probe compressis harundinibus, succum expressum in magnos lebetes transfundunt, & cogunt, paulatim concrescit is, salis instar quod cum muria coquitur. Colligunt deinde & in formas quasdam metas instar factas reponunt, atque in panes sive metas cogunt decem, quindecim, aut viginti libras pendentes, super iniectis cineribus quibusdam aut cretacea farina, ad purgandum, alioqui nigrum maneret, & impurum.

Harundines autem sic contritas ex quibus expressus succus, abiciunt non solent: sed non nulli suibus dant. Nulla autem est glans vel sagina vel cuiuscunque alterius generis, quam audius vorent istis harundinibus & unde magis pingueſcant. Insuper isto pastu caro adeo delicata & suavis redditur, ut pleriq; caponis carni longe preferant. Propter ea solet agris etiam prescribi.

Exempta porro ex suis formis sacchari metas depurata, alio loco reponuntur, ad resiccandum & conservandum. Est autem is locus capax admodum instar horrei tectus, & undique ita obturatus & occlusus, ut neq; venturi penetrare, neque pluvia permeare posset: caret enim fenestris, & solam habet ianuam. In eo adficio longum tabulatum struunt septem aut octo pedes à terra subleuatum ligneis fulcris quatuor aut quinque pedes inter se distantes: His omnibus afferes imponunt, in quibus saccharacea metas ordine & serie collocantur: siccissima deinde ligna sub tabulatis illis reponunt, & ignem subiiciunt. Hac ligna neque fumum, neq; flamnam emittunt, quia locus nullum aerem recipit, sed paulatim absuntur instar carbonum. Hac ratione indurantur illa sacchari metas, pen. in aeris penuria qui calidus & humidus est in illis Insulis maxima anniparte, & illius regionis hiems rite nuncupari potest, videlicet à Matomensem Decembrem usq;. Nam reliquo anni tempore, quo iste aestas est, nulla arte, sed solius aeris beneficio resiccantur.

Ceterum ut haec saccharo parando idonea mole summum adferunt questum, præ reliquis negotiationibus, ingentes etiam sunt faciendi sumptus. Nam antequam quis molam rebus omnibus instructam sibi comparare posset, dena aut duodenaria ducatorum millia impendere illi neceſſe erit,

seerit, & tantundem (ut minimum) ad illam sartam rectam conservandam. Alendientim illi sunt perpetuo octoginta aut centena ethiopicam amcipia, veletiam centena vicina, qui barundines cadant, colligant, conuehant, rigent cum necessitate, purgent, & alias ad molam necessarias operas prestant. Opus demde est vicina duo ampla stabula, in quorum singulis bis aut ter mille vacca alantur, ad tot operarum sustentationem. Deinde multi carri necessarij ad conuebendas saccharis arundines, ligna, saccharum etiam hinc inde transuebendum, & multa alia usus necessaria. Quibus tamen impensas bene rependit. Praterea tanta est aquarum & lignorum commoditas (qua duo maxime requiruntur) in Hispaniola Insula, ut nullam negotiationem ita exerceant Hispani atque istam: & naves, quae ex Hispaniis bis octum panem, farinas, & alias merces conuebere solite vacua redibant: nunc extructis molis, onus sua saccharo remittuntur, ita ut maiorem in reuebendis, quam aduebendis mercibus queflum faciant.

6. Auri, etiam in illis terris, raritatem hodiernam & premium his verbis designat. Quum enim aurum prime note (quale illud Peruuanum est) ignobilioris nota moneta (qualis est nostra) non pari precio, sed fere duplo contrarependatur, nibil lucri aduentis facere possunt mercatores ex auro illo promercali, carius videlicet emto, sicut ex aliis mercibus.

7. Guaiacan, à nostris lignum Indicum, seu lignum Sanctum, ob mirabiles effectus dictum: magna est arbor, Ilicis magnitudine, ramosa matrice magna, nigricante, materie quam Ebenum duriore: cortice crasso, gummoso seu pingui, & quum siccum est lignum, facile decidente: solle exiguis & duris, flore luteo, quem subsequitur fructus rotundus, solidus, semina in se continent. Necepsili modo. Frequens in Insula San-dominica. Eius usus primum ea ratione innotuit. Magnis doloribus lues Indica (malo enim sic vocare quam, ut nonnulli, Morbum Gallicum: quando hac lues primum ex consuetudine Hispanorum cum Indicis mulieribus, mox Italorum cum Hispanis, orta est: unde mox in Germanos quoq; & Gallos mali contagione serpiss) eo ergo morbo, quem ab Indica concubina contraxerat, Hispanus quidam torquebatur. Eius famulus Indus, in Hispaniola medicum agens, aquam Gajaci illi propinavit, qua non solum magnis illis cruciatibus liberavit: sed pristina etiam sanitati restituit: eius exemplo, plurimi alii Hispani simili morbo infecti curati sunt. Eius morbi cura Hispali flatim euulgata est, ab his qui ex ea Insula redierunt. Hinc per totam Hispaniam & inde per uniuersum orbem, quem hac scabies occuparat.

FINIS LIBRI QVARTI.

UVIA.BHSC

3

UVIA.BHSC

UVIA.BHSC

AMERICAE
PARS QUARTA.
sive,

Insignis & Admiranda Hispania de se per primum Occidentali India à Chirillophoro Columbus Anno M. CCCXCI
Scripta ab Heronymo Bezonio Mediolanensi qui illic ibis xxi. veribus diligenter omnia observavit.

Addita ad singula loca capita non conseruenda Ebria in quibus agnoscere carnaea etiam gentium idolatria Accedit praeceps illarum Regionum Tabula chorographica.

Omnia elegantibus figuris in eis resquisitissima exposita à Theodoro de Bry Lodiensi curata

Præfato fortiori. Ense dicitur. Ad
Imperium. "Rudolphus II. Romanus Imperator.
Com. præsidio S. C. Maxell. 1602."



UVIA.BHSC

Hieronymi Benzoni in Indiam Occidentalem
nauigationis initium.

I.



HIERONYMVS Benzoni, Indiæ, quam Occidentalem appellant, lustranda desiderio flagrans, Hispalis totius Bætica celeberrimo Emporio descendit, & ad oppidum S. Lucar: de Barrameda lembō peruenit: istuc nauem mercibus onusflam nactus, in magnam Canariam nauigat. Inde in Palmam Insulam vebitur, ubi celocem vino onerari, & mox in Indiam traiicere debere intellexerat.

Monendum porro Lectorem censeo, Sculpiorem, quum Hispalis urbis legitimam picturam ad manum non haberet, ex ingenio portu cuiusdam marini urbem delineatam illius loco posuisse.

A 2

Pictor

UVIA.BHSC



VATVORDECIM dierum navigatione prospero vento peracta nocte volucres quosdam pisces palmaris longitudinis, in nauem cadentes capiebant. Habent vero ex volucres membranaceas alas Uesperis litorum fere instar, quibus explicatis, ad centum vel amplius passuum longitudinem super aquas volant, nimirum ut alios pisces ipsos persequentes effugiant: deinde denuo merguntur ut a rapacium marinorum autum, quia illis volantibus insidiatur periculo se subducant.

A 3

Ad

UVIA.BHSC



Dum in Cumanamoratur, ad Petrum Erreram Praefectum venit preci-
pus eius Prouincia Reguli uxoris, quae filium patrius fructibus plenum ge-
flans, oris corporisq; habitu tam deformis & prodigiosa specie, ut rei noue
miraculo stupescens Benzonius, eam intuendo oculos explorare non posset:
monstri enim cuiusdam potius, quam humanam speciem habebat.

Crude-

UVA.BHSC

Crudelitas Petri de Calyce erga Indos. IIII.



IN Amaracapana ipso commorante, Petrus de Calyce Tribunus militum quatuor milia mancipientium trabens, venit, plures adducturis, nisi laetitudine, penuria, & animi agitudo permulti in via partim defecissent: partim nonnullis, quum agmen raptim ductu, impedimentis Hispanorum onus si facile sequi non possent, Hispani latera & pectora ferro traiecerint.

B

Indi

Digitized by Google

UVIA.BHSC



BORICHEN Insula incola, Hispanos eam subigere adgressos, immortales esse credebant: eius rei periculum vnius è Primatisbus eius Insulae, cui nomen Vraioan, Dominus Provincia Iaguaca sacre volens, Hispanum quendam Salsedo nomine istuc iter facientem comiter excipit, discendentis comites addit è suis subditis quis eius impedimenta ferant, cum mandatis, ut in flumine, quod transfundum, mergant & suffocent. Illi mandata sui Domini strenue exequuntur: Salsedum suffocatum ad suum berum ferunt. Ex eo primum instellexerunt incole, Hispanos perinde mortales esse ac reliquos homines.

UVA.BHSC



COLUMBUS trans Gades in Portugalliam, & omnem illam Oceanis oram navigans, se numero animaduertit, & diligenter obseruauit, ventos quoq[ue]dam statim anni temporibus ab occasu flare, qui multos dies constanter tractu spirarent: quos quum non aliunde, quam ex transmarina ora proficiere posse iudicaret, tamdiu circa eam rem cogitando animum versauit, ut eius certitudinem querere aliquando constitueret. Quapropter & Reipub. Genuensi, & Principibus aliquot suam operam obrulit, ut illam oram indagaret: sed ab omnibus neglectus, tandem sumptibus Ferdinandi & Isabelli Regum Hispania, navigationem instituit.

UVA.BHSC

Columbus suos cachinnatores lepidè in con-
vivio illudit.

VII.



Novo illo orbe à Columbo detecto, quam forte celebri conuiusio cum mul-
tis Nobilibus Hispanis ipse adhibitus est, & inter eos de India sermo or-
tus, unus eorum ad Columbum conuersus, sic eum alloquitur: Tamen si
Indiam non reperisses, non desuissent tamen in hac nostra Hispania, qui
idem quod tutent are potuissent: abundat enim ea magnis viris & inge-
niosis. Ad canibil respondens Columbus, ouum inferri in mensam iubet, & omnes experiri
monet, ut faciant id nullo adminiculo fultum, flans & erectum in mensa ma-
neat: quem nulli succederet, ipserationem quasd fieri
posset, demonstrat.

Prima

111

Champs de la campagne de l'Isardin cou
taine de la

UVABHSC

Prima Columbi in Indiam nauigatio. Anno 1492. VIII.



COLOMBVS nauibus a Ferdinando Rege impetratis, cum Bartholomeo fratre et Palo urbe in Gomeram Insulam nauigat. Iste aquae & ceteris necessariis summis, occidentem Solem sequutus, iter instituit: quum porro emensa dierum aliquot nauigatione, nondum terra villa in conspectu esset, milites in Columbum fremitere incipiunt: ille mitigatis semel atq; iterum eorum animis, & suas rationes pro virili confirmans, Spemq; sibi esse. Deo bene iuuante, breui terram nouam in conspectu fore, nauigationem profequatur. Sed quum aliquot dies praeterea nauigassent, nec villa tellus occurreret, fremitus redintegrant, & minit autur scilicet in mare praecepitem datus, si pertinacius ultra tendere vellet: itaq; postridie vela demitti iubet. At credibile est, Columbum, quum bac praeiperet, haud procul terra absuisse, idq; ex eis conspectu deprehendisse, aura, & nubeculis que circa orientem Solem in horizonte apparerent

C

Colum



RIM A nauigatione, quum Columbus terram attigit, crucem ligneam in
littore statuit: deinde prouectus in Hoyt in Insulam appellat, quam Hispani-
oli nuncupat, & in terram cum multis Hispanis descendit. Ibi quum
ab eius loci Cacico (regulum ita appellant) cui nomen Guacanarillo, sum-
ma comitate exceptus esset, muneribus innicem datis & acceptis, ambo si-
dem amicitia futura sanxere. Columbus, induitus, pileolis, cultellis, speculis & simulibus eius
donauit: Cacicus contra sati magno auri pondere Columbum remuneratus est.

C 2

Colum-

UVIA.BHSC

Columbus supplicium ab Hispanis seditionis sumit. X.



COLUMBUS aduersa valetudinis causa, ab expeditione quam aduersus Caribes suscepereat in Hispaniolam reuersus, eam valde turbat am reperit, ob rapinas, & alia per eius absentiam ab Hispanis perpetrataa facinora. Is vero sumto a prudentia consilio, ut bis malis occurreret, in omnes Hispanos seditionum autores & scelerum compertos ultimo supplicio animaduertit, & Cacicos ipsos quacunq; ratione potuit, reconciliare sibi studuit. Ex ea severitate et tantum Hispanorum odium in Columbum orsum est, ut ne nomen quidem eius aquo animo ferrent, atq; etiam monachus quidam ordinis Benedictini Columbi sacris interdiceret; contra Columbo precipiente, ne quidex eius penus monachis subministraretur Quae ex rectum est, ut multis de eo & fratre ipius dira & atrocia ad Regem scriberent: Columbus itaq; simulac connaluit in Hispaniam regredi coactus est.

C 3

Horren.

UVA.BHSC



II

BE n. eos dies mirabilis & prodigiosus quidam casus in illa regione interuenit. Ab ortu enim tanta ventorum rabies coorta est, qualem nunquam antea Insulares se vidisse, aut audiri se meminerant: in primis vebementissimus Typhon Hispani Huracan appellant, tanto impetu irruit, ut caelum simul acterras rapere secum & miscere vello videretur. Omnes improviso malo attoniti, praesentem mortem imminentem sibi ante oculos, confundi elementa, & finem rerum adesse, vulgo pauci de credebat. Tum vero ingenti sono calum strepere, & inter horrendos tonitruum fragores crebris micare ignes, aer incendi fulgoribus, nox inter diu omnibus noctibus nigrior densior, adeo ut per obscurum aliis dij occurfantes, mutuo intueri non possent. Errabundi homines desfixis praformidine animis & lymphas iunctimiles per vias perq. aavia discurrebant passim ac periuagabantur. Tanta vi interea furentium & horrendo cum stridore colluctantium ventorum, ut a radicibus eruta arbores, & aulisa saxa magno cum fragore in planum prociderent, atq. ea ruina ingenti villarum mapaliumq. strage facta, multos mortales opprimeret. Solidas vero etiam cum incolis domus furiosi illi turbinis in sublime correptas dissipauere. Paucis horis ingentia detimenta accepta, ut ne tres quidem naues qua ad portum securius ancorisflare crederantur, eius calamitatis immunes essent. Ancoris enim ipsis, quamquam robustis fractis, & ancoralibus formis nouisq. truncatis, cum omnibus nauticis profundo mersa sunt. Indi complures speluncis abditi, discrimen effugerunt.

In 1.



TERTIA in Indiam expeditione; Columbus sinum Pariensem ingressus, Cubaguam appulit, quam ipse Perlarum Insulam nuncupauit, quia quum eum sinum nauibus percurreret, Indos è littore ostreas pescantes conspexit: quas edules esse rati quum aperiuitens Hispanis, plenas unionibus repererunt, unde magna illis letitia aborta. Peruuentes ad littus in terram egrediuntur, ubi mulieres Indicas pulcerrimos uniones collo & brachis gestantes obseruant, quos vilibus rebus redimunt.

D

Colum.

UVIA.BHSC

Columbus cum fratre Bartholomæo captus in XIII.
Hispaniam mittitur.



13

Rex Ferdinandus intellectis discordiis quæ oborta inter Columbum & Rolandum Ximenea: nouum Hispaniolæ Insula Prefectum, designat Franciscum Bonabadiam, eumq; ampla autoritatē & potestate instructummittit, & de interficie dissidiis, causisq; discordiarum Columbs & Rolandi cognoscere iubet. Is cum hoc mandato ē Calicio portu anno 1499. quatuor caraveliarum classe instructa solens in Hispaniolam trājcit. Almirans & eius frater Bartholomeus, noui Prefecti appulsiu audito, ad eum honorifice excipiendum, ut Regio missa venientem, reuerenter obuiam egressi sunt. In portum ut peruenerunt rati, ut sibi, sic alius animum sincerum esse, pro amica complexus & salutationis vice, capti fratres in vincula traduntur, & mox utriq; insectæ catena, scutæq; alter ab altero, quo grauius dolerent, duabus caravelis in Hispaniam mittuntur. At somul ac celoces in Hispaniam peruenerunt, & nunciatum Regi tam claros virros compedibus vinculos adeo fædo ac misericordi habitu adduci, motus in misericordiam, cursore Calicium missò, illos ē custodia emitti & vinculis leuari iubet: deinde splendido comitatu cultuq; ut talibus viris dignum erat, in conspectum suum venire. Ut in Regiam peruenerunt, comiter à Rege excepti, & audiiti fuerunt.

D 2

Pugna

UVA.BHSC

Pugna inter Columbum & Franciscum Poresium. XIV.



14

VARTA nauigatione in Hispaniolam portur aditum prohibitus Columbus a
Bombadilla, Iamacam insulam tenuit. Ibi Franciscus Poresius unius
Caravelle Prator cum fratre et maxima militum parte seditionem in
eum commouet, et contractus aliquot Indorum lantribus in Hispaniolam
profugere conatur. Sed quam tam exiguis lantribus impetu maris supe-
rare frustrat tentasset, regressus est. Audito eius aduentu, Columbus cum fratre suo in
aciem educit: ventum est ad manus: cadunt nonnulli: multi viring sauci:
Franciscus Poresius cum fratre capitur.

D 3

Inuen-

UVABHSC



ERDINANDVS Magallanus à Rege Portugallia offensus, Carolum V. Imperatorem adit, atq; illi demonstrat Moluccas Insulas Castellorum iuris esse: sferare se, navigatione ad Occidentem facta, fretum inuenturum in Occidentali India, per quod in mare Australie penetraret, & inde ad Moluccas insulas peruenire posset: Ea autem via minoribus sumitibus, & minore difficultate, aromata, alsa, &c. Orientis merces inuehi possent. Carolus ex eorum sententia qui rerum Indicarum Concilio praeerant, illi naues instruxit quibus eum preficit. Is Hispani soluens, post longam navigationem tandem fretum inuenit centum decem leucas in longitudinem patens, binas in latitudinem, interdum plures, cui, ab Inuentoris nomine, Magallanicus cognomen inditum.

Hispani

W. H. Abingdon. Michael Townsend

UVA.BHSC



PISCATIONE UNIONUM vigente monachi aliquot, ut Indos Christiana fide imbuerent in India continentem transgreduntur, quo etiam multi Hispani permutterandarum cum Indis mercum causa commearunt. Sed Indi iam tum Hispanorum commercia & dura imperia pertasi, mane cuiusdam diei aurora prima, in eos irruunt & eorum cruentam stragens faciunt. Ex iis tamen aliquot celocuope que ad Cumana fluminis ripam deligata stabat, perniciem effugientes Dominicanos contendunt, & Bartholomaeo Insula Perfecto Cumannorum rebellionem enuntiant.

E

Seditio-

UVIA.BHSC



DIACVS Ocampus cum trecentis militibus ex Dominica portu soluens breui in Cumanam peruenit, & ad pelliciendos in naues barbaros, suos omnes, exceptis sociis naualibus, in aliuum nauis conditos sub tabulis de-litescere iubet, ut Indi cum tam pauci Hispani apparerent, promptius subirent nauim, & persuasum haberent ipsos ex Hispania venire. Indi quidam ultro nauim subeunt margaritas ferentes per simulationem commercij. Ilii Christianorum paucitate conspecta in listis regrediuntur, paucos se in naui reperiisse homines Cacico renuntiant. Is multo plures quam antea Indos nauem ingredi iubet. Hispanus Dux militibus è latebris excundi signum dat, qui improviso exorti Indos partim incertos capiunt, partim interficiunt: quotquot captiuos habuit dux, suspendit ad nauis antennam iubet.

UVIA.BHSC



Hoeda à Carthaginē 12. milia in mediterranea progrederit, ingenti præspe & cupidine illectus, & genti cuidam infestā arma infert, quem Indis credit affirmantibus eo loco magnam vim auri reperturum. Sed ea expeditione nibil prater vulnera & detrimentum ingens retulit. Nam tanta vi in eum irruerunt Barbari, ut fugam capessere, amissis septuaginta quinq[ue] militibus, & ad mare regredi coactus sit. Niquesa autem cum magno militum numero superueniente, consilium inceunt, & iunctis viribus in eius gentis fines imperum facere ac suorum cedem vlcisci statuunt. Itaq[ue] sub vesperam maxima militum pars silentio è castris profecti, modico ac suspenso gradu tota nocte iter confidentes, sub auroram Indos securos & somno torpidos opprimunt. Illi excitati vulneribus, insuper mapalium incendio perterriti fuga evadere conantur, sed obiectis à milite itinibus, incidentes in armatos caduntur alti, alti incendio perire quam Hispanorum manibus praoptantes, in ignes semetipsi præcipitant. Omnes igitur ferro flammaq[ue] absumpti sunt prater paucos, quos dubia adhuc lucis obscuræ fuga discrimini eripuit. Sex modo capti & Hoeda in seruitutem traduti: victores, quum friges factis cimeribus aurum querentes per pauca illum inservissent, elusa avaritia, nec præda pro spæ inuenta, male alacres Carthaginem regressi sunt.

UVIA.BHSC



NQVESÀ noctu coorta tempestate, à suis abripitur. Qui centum milia de-
inde emensi ut eum insuerint nec quidquam intelligerent, Orlando, dum
Niquesa rediret, summam Imperii deferunt. Is quo omnem sociis plem-
fuga tolleret, naues fluctuantes temere ad littus ferri atq. allidi sinit: mox,
numis festinatis consilii errore animaduerso, è fractarum nauium tabulis
carauellam unam ad subitos & necessarios usus fabricari subet. Inde casas moliri, May-
zum seminare ceperunt.

Indi

UVIA.BHSC



In Indi Hispanis offenditi propter nimiam eorum tyrannidem & crudelitatem, atque auaritiam, quoscunq; capiebant viros, militares prasertim duces, reuulsis manib; pedibusq; projectebant in terram: mox auro in os iacentis infuso, cum hac exprobratione auaritia, Ede, ede aurum Christiane; ad masorem cruciatum ac probrium cultellis lapideis, aliis brachium Hispani, aliis humerum, aliis crus, abscede bant & subiectis pruniis torrentes mandebant.

F

Indi

UVIA.BHSC



DANCHIACO Regulus amicis cum Valboa contracta, illi grandem au-
ri vim elaborati in vase & monilia dat. Verum confiscatus Hispanos,
dum aurum hoc penditur, inter se rixari, & educiti gladiis se se mutuo se-
rire velle, aurum cum trutina euerterit, illorum avaritiam acerbe carpens.
Atque sistant auri cupiditate arderent, regiones demonstraturum in qui-
bus abundans summe id inuenirent. Valboam deinde per difficultatia itinera ad summa mon-
tium inga deducit quibus mare Australie ipsi demonstrat. Reuersus Pan-
chiacum baptisandum curat & Carolum
nuncupat.

F. 2

Valboa

UVIA.BHSC



VALBOA in ista ad montes profectione Regulum in Esquaragua superat & cedit cum multis Indis pagum deinde ingressus Reguli fratrem & alios quosdam muliebri vestiuornatos valde admiratus , causam se fecitatur: intelligit cesum Regulum & omnes eius auxilios nefando illo peccato naturae aduerso infectos: Attonitus Valboa adeo detestabile scelus ad istos Barbaros penetrasse, corripso omnes subet numero forte quadragna, & canibus quos circumducebat, lacerando obicit.

F 3

Indi

UVIA.BHSC

Indisævitia Hisp^{an}orum impatientes sibi ipsis XXIII.
manus violentas inferunt.



HISPANIOLÆ incole, postquam se perpetuis atque intolerabilibus laboribus opprimi sentiunt, nec ullum finem adesse malis, in planetis & suspiria effusi, crebris votis mortem optabant. Itaq; multi absconcta omni spe abentes in silvas, ex arboribus semetipsi suspendebant, interfecti prius liberis. Femina, postquam herba cuiusdam succosatus sibi ipsa abegerant, virorum vestigia sequente laqueo vitam finiebant. Deniq; alius ex edito monte racto in preceps corpore, alius in mare, alius in profluentem demersus: nonnulli etiam voluntaria inedia vi- ta finem inuenere. Erant etiam qui acutissimis è silice cultellis, aut mucronatis vallis pectora & latera transfigerent.

UVIA.BHSC



24

VI E D V S de Indorum Occidentalium Religione agens: nullam in illis nationibus picturam aut sculpturam antiquorem vidiisse ait, aut maiore reverentia cultam, horrenda cacodemonis effigie deformi specie facta. Eum pro Deo agnoscunt, petentes ab eo quidquid desiderant. Quum autem Cacicorum Hispaniolae aliquis suum manu sacrum & sefum diem celebrare instituerat: omnibus subditis tam viris quam feminis, diem ad conueniendum dicebat: qui ubi ad solenne illud confluxissent, omnes apte in ordinem secesserant. Cacicus ipse agmen antegressus princeps templum inibat, ubi sacerdotes adorando idolo intentierant. Ingressus ut confederat, tympanum pulsabat: mox sequebatur unius multitudo praecutiosus viris, qui nigro, rubro, & flavo distincta corpora, versicoloribus etiam pectorum & aliarum aenium pennis ornauerant: colla, brachia, crura, coronis, torquibus atque armillae ex concharum marinarum testis redimitis: famine puro corpore & nullis pigmentis fuscato, virginis quidem prorsus nude: quibus viri erant peplis muliebria velata. Tales habitus saltantes & patria quadam carmina in laudem idoli canentes templum jubilant. Cacicus tympani sonitu ingredientes salutabat: mox demissio in guttur bacillo vomitum ciebant: ut Idolopalam offendenter, nibil se in pectore mali occultum gerere. His ceremoniis peractis, omnes complicatis pectinatis cruribus humic confidentes, alios quosdam hymnos cum murmure quodam lugubri concinebant: ac tum superueniebat aliud seminarum agmen canistra gestantium panibus plena, & rosis floribusq; odoratis conspersa: illa ceteris canentibus circumfusa, orationes quasdam illis insurrabant: Alij ut inuicem responderent, se se erigebant: donec cantionibus peractis, mutato concentu nouam quandam in Reguli sua laudem ordirentur: postremo panem Idolo offerebant.

UVIA.BHSC

UVIA.BHSC

UVIA.BHSC



AMERICA
PARS QVINTA.

Nobilis & admiratione plena
Hieronymi Begoni Mediolanensis
secundæ sectionis Hispanorum,
Nigritarum, & Americarum in Indiæ libri
“Amerika pars quinta”
Indie continentis Hispaniam,
propter quædam agnitiones

Addita ad fangula ferre Capita scholia, in quibus
res Indie inculeter exponuntur.
Accedit proterva Tabula Chorographia. Nôva
Hispania in Indie Occidentali.

AD
Invictis RUDOLPH. II. ROM. IMP. AVG.
Omnia legenda figura in am. incisio expedita à
Theodoro de Bry Leod. civ. Fratc. A. ab L. XV.

Cum privilegio S. C. - Venetam.

UVA.BHSC

Digitized by
University of Virginia Library
Digitized by University of Virginia Library
Digitized by University of Virginia Library

P R A E F A T I O .



T H E O D O R U S D E B R Y

Lectori salutem.

Nsuperiore libro historiae Americanae (benevoli Lectori) in
qua res novi orbis nuperinventi mirandæ atq; insignes non
tantum scripto recitantur, sed & iconibus exprimuntur &
repræsentantur, dictum est eas terras Christophori Columbi
Genuensis industria mirabiliter ac præter spem eotu omnium,
quos ea de recomplarata, repertas fuisse. Quoniam autem ille
Columbus vir erat cordatus magnisq; ingenii & animi, Rex
& Regina Cætiliae antequam ab illis discedetet, ejus effigiem ab eximio aliquo
pictore ad vivum exprimi iusserunt, ut si ab illa expeditione non rediret, aliquod
ejus monumentum apud se haberent. Hujus autem effigiei exemplar nuper post
absolutum quartum librum supetiorum, à quodam amico meo, qui illud ab ipso
pictore accepérat magno cum gaudio noctis sum, cuius te quoque participem fa-
cere volui, atque in hunc finem eam effigiem à filio meo exigua forma, quam fieri
potuit,

P R E F A T I O.

potuit, perfectissimè in æs incidi curavi, quam & tibi hoc libro offero atque exhibeo. Et revera digna est viri virtus, cuius imago bonorum oculis obversetur. Fuit enim ille vir probus, comis, magnanimus ac moribus honestis, pacis iustitiae amantissimus. Quod si Hispani ejus æmuli consilium ipsius fecuti fuissent, tot tantaque mala in novo illo orbe non accidissent, neq; ipsi ranta rabie non solùm in sua mancipia & in miseros Indos, sed in lemetiplos mutuis credibus fæviissent, sicut factum esse sequens historia testatur, in qua videbis, quoniam opere ambitio & avaritia geminæ generis humani pestes eos excæcarint atque trucidarint. Quorum flagitia Deis ut puniret, non tantum ipatos inter se commisit, verum etiam Gallos piratas in eos immisit, qui invidia & avaritia pariter impulsi, eos in multis Indiæ locis adorti sunt, multas eorum urbes diripuerunt & incenderunt, multosque ex ipsis crudeliter interfecerunt. Atque ea est merita fors justæ, merces illorum, qui se Diabolo mancipant. Quis enim dubitet ambitionem & avaritiam à Satana originem suam habere, atque eos, qui illis inserviunt, Satanæ mancipia esse? Ambitio enim primum fuit peccatum, quo Diabolus & se & homines in extremum exitium precipitavit. Avaritia autem, cum teste Apostolo sit idolatria, alium authorem habere nequit. A quibus viciis, ut nos conlaret Deus Opt. Max. sedulò orandus est. Videamus enim homines hodie iis ita facinari, ut eorum cœla nihil non facinoris aggrediantur ac perpetrent, seq; animo & corpore miserè divexent & crucient Christianos se esse dicentes, sed dicti Christi parum memores, quo monet, ut prius regnum ipsius & iustitiam queramus, promittens fore, ut cetera nobis adjiciantur. Cæterum si Deus mihi adhuc modicam hujuscè lucis usuram concederit, spero me tibi reliqua ad hanc historiam pertinentia prope diem exhibiturum. Quod, ut fiat, me tuis precibus commendando, Deumque rogo,

tibi suam gratiam largiatur, quo haec in ipsis gloriam tuamq; utilitatem

& salutem legere & contemplari queas, A M E N.

Feliciter vale & fruere.

S E C U N -



SECUNDI LIBRI SUMMA ET ARGUMENTUM.

SUPERIORE libro repertam à Columbo Hispaniolam aliquaque Indie Occidentalium insularum scvitiaque & avaritiae exempla ab Hispanis in us edita, Benzo expofuit. Nunc ut ex insulis in continentem gradum fibi fecerim, captum jam priore libro opus pertinxit. Interea obiter, quomodo non tamen avarice & superbie imperium in Barbaros, sed etiam crudeliter in Negritas servos suos exercuerint: Et ipso crucifissum, alienarum fortunatum raptiores, alii raptoribus, Galia crudeliter, prede interdum fuerint, exposuit. Multas preterea in variis Indice continentis provincias expeditiones ab Hispanis suscepatas exequuntur (littere aperte) atque inde pueras in eos humanitas & celius congeftaz. Postremu nubil tot Hispanorum laboribus profellum esse perfcicue docet: nubis Barbari splendida verba & doctrinam cum rebus ipsis & rata Hispanorum, & ipsorum quidam Ecclesiasticorum, componentes, Christianos omnes & fidem adeo ipsam, summo Druma maiestatis & Christi glorie ludibrio, vel rideant vel oderint.

2 3 NOVÆ



NOVÆ NOVI ORBIS HISTORIÆ LIBER SECUNDUS.

Hispans Indicis mancipia consumpsit, alia ex Ethiopia inde usque ad scissuram.

Serviles tumultus in Hispaniola ex sevita Hispanorum

eruntur.

C A P . I.

EX quo ejus insulae indigenæ, nimiis enecti laboribus, ad miserandum cladem & paucitatem labi coepertunt, Hispani e Nigritarum provincia quondam à Rege Portugallie subacta (vulgò Guineam vocant) mancipia sibi prospexere. Ergo magna inde servorum multitudo advecta, quin exercebantur adhuc fodinæ, illis ad aurum & argentum elaborandum operis utebantur. Verum ubi illæ finem invente, ad multiplicandas facchari fabricas artificias se converterunt. In eo hodie se exercebunt, tum in armentis ac pecuariis curandis aliisque necessariis ministeriis operam heris suis præbent.

PO R O quando inter Hispanos non crudeles tantum, sed crudelissimi quoque nonnulli reperiuntur, quum ejusmodi forte aliquis in servum animadverteret vellet sive ob admissum maleficium, sive ob non lucratum & redditum diarium, vel quacunque alia de causa bilem illi movisset, vel ob penitum non peractum, nec eam auri aut argenti vim effossam, quantam solebat: vesperi domum revertentem, loco cœnæ, exuere in dusum jubebat, si quo forte esset amictus: & in terram prostratum, manibus pedibusque revinctis transverso ligno alligabat (id ab Hispanis lex Bajoræ appellatur, quam equidem legem ab immanti aliquo Dæmons scriptam credidem) mox rite aut leutica tantisper cædebat, donec sanguis ex omni corporis parte deflueret. Sub hac libram unicam picis servefactæ aut olei ferventis scutellam unam guttatum in univertum illius miseri corpus instillabat, inde pipere patro, falc & aqua temperato, perfusus infelix mastigia, tabulæ alicui superjacens, & lanteo aut stragulo involutus, tamdiu relinquebat, quoad ipsi hero reddi laboribus posse videretur.

A L I I ferobe effossa, mancipium eò tam altè demittunt, ut solo capite abs terra expletet, & totam ibi noctem consistere cogunt. Cæterum ea se medicina uti dicunt Hispani, quod terra lividum & corruptum sanguinem exflugens, verberum

rum vulnera & vibicęs obliterat, carnemque conservans, ne qua plaga ulceretur, celerius persanat. Attamen si quis vehementia doloris forte moriatur (ut se penumero accidit) non alia pena mulctatur ejus herus ex legibus Hispanis, quam ut pro eo alterum Regi persolvat.

Domini 1500
Biblioteca
Universitatis
Regia O tam immanem Hispanorum levitiam Nigritarum servi aliquot principio è potestate Dominorum elapsi, insulam pervagari, velut desperabundi, cetererunt. Mox eandem ob causam affluentibus undique aliis, in tantam multitudinem excraverunt, ut Hispanis colonis terrorem & multa negotia facerent. Ac quia Reges & populi Aethiopiarum assiduis invicem certaminibus hostiles inimicities exercerent, quales sunt Quinei, Manicongri, Gialopi, Zapi, Berbesi, & belli jure capros mutuò alii alios Lusitanis vendunt: idcirco in illis etiam terris intestino aliquo odio alteri ab alteris dissident, non ita tamen, ut ipsis se aliqua injuria mutuò violent: immo si forte ab Hispanis vis inferatur, invicem sese auxilio sublevent & alii pro aliis propugnent. Attamen singulae gentes Reges suos aut gubernatores habent, qui secretos ab aliis populis suos continent: qua ex re fit, ut non tantum damni inferant, quantum possent, si consociatis in unum animis viribusque pugnarent.

At Praefides & Assessores insulæ, quum in dies magis ac magis Maurorum fugitivorum manum multiplicari inteligerent, & quotcunq; Hispanorū in eorum manus inciderent, omni cruciatus genere ab his lacerari atque interfici, exercitum conscribere instituerunt, perq; omnes insulæ partes, quacunque commorabantur, militem spargere. Ac primo Hispanis incepta feliciter procedere: quippe Mauros aliquot, spe libertatis ac promissis electos, qui fugitivorum stativa & receptacula nollent, duendo secum in agmine noctu incautos adoriebantur: quimque sine ullo metu hostium dormientes, & humi velut pecora fusos ac solitos opprimunt, multos vel capiebant vel trucidabant. Verum posteaquam periculis moniti excubias agere & vigili statione castra tueri cuperunt, omnibus ferè excursionibus ac præliis Hispani inferiores abidere: atque exinde aucto in immensum numero feristi homines adeo multiplicati sunt, ut quum in ea Insula morarer, pro certo fama ferret eorum agmen plus VII. milibus hominum constare.

Biblioteca
Universitatis
Regia ANNO quidem XLV. quum in continentis esset, auditum est Cimaronos (sicab Hispanis alienigenæ vocantur) universos sumptis armis excitos rebellasse, raptimque ornem Insulam pervagantes nullum injuriæ aut sceleris genus, quod edere possem, prætermittere. Itaque Lodoicus Columbus Almirans & Praefides Assessoresq; Dominicarum, legatos ultro ad eos miserunt, oratum ac supplicatum ut pacifice vivere vellent: Se quidem idem pro se præstuturos polliceri, neque ipsi ulterius molestiam exhibitueros: immo amicitiam eorum se ultro appetente, ac si vellent sacerdotes aut monachos ad se mitti, à quibus Christianæ doctrinae capitibus erudirentur, se vero multo libentissime missuros. Adhac postulata ab alienigenis responsum est, Sibi quidem hæc placere, & se Christi legi credere: sed eorum amicitiam nolle, quum in eorum promissis nihil fidei collocarent.

Biblioteca
Universitatis
Regia MULTI quidem ibi sunt Hispani, qui eam Insulam brevi ab istis Mauris & Nigritis occupatum iri pro certo habeant. Quamobrem ejus Gubernatores, quum naves aliquæ inde solvere & in alias Indias provincias vel adare paratz sunt, summa cura & vigilancia cavent, ne quis Hispanus, sine suo permisso, insula exear, etiam illi

etiam si sit mercator. Attamen cum licentiatus Ceratus Praeses in eam Insulam missus est, Edictum Regium de afferendis in libertatem Indis secum in Indianam ferens: omnibus iter apertum est, & cuilibet libertate commendi potestas facta quocunque sui quemque usus ferret. Quinque ipsa ea de re à nonnullis Dominicis civibus reprehenderetur, ita incensus, Quando, inquit, Cæsarca Majestas Indos libertati restituit, equum mihi non videtur, ut Hispani præter Cælaris voluntatem eos pro servis porro detineant. Itaque ex eo mandata ejus omnes exequi, & ipse in easentia esse, ut bene factum crederet, si Indi liberè, quocumque vellent, abirent.

V E R B U M postquam intellexit Insulam pauplatim redigi in solitudinem ac de-seri, in tantum imminuto Hispanorum numero ut vix mille & centum superer-<sup>Hispani paup-
lentur
centum circa
dilectus
potest
sunt.</sup> sent: peregrinorum verò multititudinem ac vires adeo in dies aegeri, ut si aliquis forte in otio aut tumultu ingueret, non satis Hispanorum foret, quantum ad propulsandam vim esset opus: ac periculum hanc dubium esse, ne simili & Insula & vitam amitterent: Hæc, inquam, postquam ei subiecta sunt, semetipse re-prestis, & velut occlusa porta solutam illam licentiam compescuit. Verum hodie ex omnibus Hispanis, qui ab Hispania in Indianam hanc satis certo & explorato cursu navigant, & ad eam fœtè Insulam applicant, perpanci omnino reperiuntur, qui in ea equo animo permaneant, siquidem plerique omnes, qui cōtrajiciunt, divitiarum spes iter suscipiunt: neque in ea Insula ejus rei copia hodie aut facultas est, sicuti olim fuit.

G U I N E A (ab iniquitate Guinei, Genni - vel Genua - vocata, alias provincia Canage) regnum est provincia Nigritarum in Africa, regnis Gualata ad Septentrionem, Tombuto ad Orientem, Melle ad Meridiem, & mari ad Occidentem conterminum. Africa cum (que una est ex tribus, & vel potius quatuor orbis generibus) hodie in quatuor partes precipuas dividitur, scilicet Barbariam, Numidiam (ab Arabibus Bile dulcerid - vocatam) Lybian (quam Arabes Saraceni nominant) & Nigritarum regionem à Negro fluvo, qui medium intersecat, denominatisuero suam fertur. Atque bac Nigritarum regio in quindecim regna dividitur, quorum unum est Guinea, que incipit supra caput "vnde ex qua pars Barbariam attingit, ac penè usque ad littus Mileguette se extendit. Ceterum à portu Argui qui Barbariam à Guinea separat, usque ad flumen Manicongra a castella sunt quatuor à Lusitanis confusa. - velut ad finium Comage ad Servilacionam, atque etiam inter cetera unum iuxta caput trium prominentiarum, quod castellum sodinarum ab aliis vocatur, in quo Rex Lusitanie presidium regnandi quaque ante triginta milium posuit, tum ad custodiendam loci atque sodinarum curri, quod anno 1472. tempore Regis Alfonsi V. reperte fuerunt, tum ad negotiandum cum Nigritis, qui ex aliis superioribus provinciis aurum, ebur, Melignetum (species est aromatum gysu acris purgantem piper) & aliae mercedisularum regionum illuc adserunt.

2. Inter tunnus à Nigris in Hispaniola exercitatos insignis est illi qui accidit anno 1522. Nigri, & cognitimi magna ex parte foliis idiomatis in facie fabrica ad Didacum Columbum Almav autem pertinente operantes, postridie Natum Domini fugentes, cum cognitis alias qui in idem confundebantur, usque certo in loco constituto praefobabantur & conjugabantur. Hi quadraginta fugiti Hispanos quosdam milii tales metentes in agri obrus trucidant sterque summa ad vocem Arqa designant. Incole Dominice à Licentiatu Lebron, qui tum erat ruri, de eo certiores sunt. Almavans summa cum festinatione consenso equo, eos cum turba equitum & pedum persecutus, eis qui cupiens ante quam maiorem numeru carri possent. Post

bodium cum ad flumen Nigrum, vestigia eorum sequentes, certior fit est per villam Melibioris de Castro Dominica novem milibus distante trahisse, in ea Hispanum viuum trucidasse, villa derupisse, Nigrumnum eum duodecim milibus Iodus secum abduxisse, ac ultius profectos novos aut deinceps Hispanos minime trucidasse, ac juxta fabricas sacchari ad Licitatum Zuanzum effossore Dominica pertinente castro posuisse, ac efficiuisse eam sub aurora aggredi, atque oculo vel novi Christianae qui in ea erant trucidare suanque copias angere. Erant enim in ea plusquam 120. Nigritas, qui nihil magis cupiebant. Inde constituerunt vicino Arca petere et aggredi, cum que ferro et flamma usq[ue]flare, ac annus Nigritas et fabricarum sacchari operas per totam Insulam ad rebellionem solicitare. Quod et perfecissent, nisi obviam viam esset: Almirans enim certior factus de daret que inserebant, ac quae utinere, quod suscepserant, constitutus ibi pernoctare, ubi unum subflicterat, ad milites suos recreandos, capiatis que Dominae venture erant expellendum. Interea eadem nocte Melibioris ille de Castro, cuius villam illi diripiuerant ac cum eo trei aliis vel quatuor, se clam ex castro surrepserunt, ac posita Almiranti significant se procedere ad hostes explorandas, regi ariq[ue] ut subfidiis aliquod sibi missat, quo singervis libenter praeludens, donec ipse cum reliquo exercitu eos efficeret. Almirans Franciscus de Avilla cum octo equitibus et quinq[ue] vel sex pedibus eo missus. Hi non expectato Almirantis et ejus comitatus advenimus nec Solis ortu, hostem invadimus: metuimus enim, ne in eum aliis Nigritis, qui in sacchari fabrice illi loco proxima erant se jungere. Intellexerit Diazus et Franciscus de Avilla eumunque comites lanceis in Nigritas confitos irruunt, perempiunt ac per medios hostes transferrunt. Nigritas denique junguntur, Hispanas saxis, sagittis, sudibus pertinet et aliquos vulnerant. Hispani rursus in eos fieri eiruant, eosque singulis compellunt: sex aut septem occidunt: reliqui per silvas et rupes favore noctis elabuntur. Almirans sub refectione quandoque die illuc peruenit, ac missis qui clavis persequerentur, quaque vel sex comprehendit ac suspendi iussit, ut alii exemplo essent. Hic fuit exitus illius seditionis Nigritarum, qui tamen non desisterunt ab eo tempore sepius familes tumultus et seditiones excitare, teste auorto nostro in hoc capite.

Vera ratio medendi quisquidi seditionibus et rebellibus servarum, subditarum ac populorum, huc est, ut Dominus eos tanquam homines non tantum a Deo creatos, sed et sanguine Filius Domini redemptos trahant ac regant, memores monitorum D. Pauli: Vos Domini aequaliter et e qualibet aceno servis exhibete, remissus nimis, scientes vestrum etiam ipsorum Dominum esse in celis, nec personae repellunt esse apud eum.

G A L L I



GALLI PIRATAE HISPANAS NAVES EX INDIA REDEUNTES

excipiunt. Hispanorum in armatis navibus parcimonia
& negligentia.

C A P. II.

VANBO in certaminum, quibus Mauti Hispanos in India exercerunt, mentinem incidi, non alienum videtur huic loco ingentia dama, Hispanis ibidem à Gallis terra matique illata, exponere. Non multo postquam hæ terræ primi inventæ sunt, ingenti divitiarum fama excita Galli piratae complures, belli tempore Oceanum infestare aggressi sunt, & naves ab India remeantes excipere. Neque illis in cassum labor: plurimas cepere, & inter ceteras, quas ditissimas deprædati sunt, quo tempore inestimabilis Peruanæ regiae gaza, in Hispaniam deportabatur, unam abduxere tanta auti vi onustam, ut vel singulis navium calonibus & caculis ostingenti aurei ducati cuique in partem venirent.

Sed præcipua causa, cur Galli tot Hispanas naves invaserint, nulli rei magis quam ipsorum Hispanorum avaritia assignari debet. Quum enim ab Hispania solverent, tanta & tam præcepserat magistrorum seu patronorum navium festinatio, cupidè de mercibus & vectoribus in naves imponendis fatigantum, ut bellicis tormentis, quantum satis esset ad propulsandum hostium impetum, si qui forte occurrerent, munire non curarent aut meminissent: immo ne ea quidem saltem copia quanta Indici senatus consulo jubebantur. Is enim edixerat, ne naves, nisi duobus æneis tormentis, sex ferreis majoribus, ad eam expeditionem instructæ solverent: deinde de pulvri tormentarii cadorum numerum & aliarum machinarum definiverat. Præterea certos huic muneri Commissarios sive Inspectores prefecserat, quorum ea procuratio esset, ut paratas ad solvendum e portu San-lucari naves inspicerent, viderentque, an prescriptis monumentis commensurante jullo instructæ & paratae essent.

Sed magistri navium, injectis in manum aureis aliquot nummis, Commissariorum fidem redimebant, perficiebantque, ut testificarentur omnia recte aq[ue] ordine esse instructa. Quippe Commissarii Hispanim reversi, in domo Indice contradictionis apud regios magistratus per Dei nomen jurabant, naves omnibus rebus abunde atque ita ut deceret munitas esse, adeo ut qualibet earum sola quatuor Gallicis navigis ad certamen par esset. Ad hunc modum comparatae Hispanæ naves tres, interdum quatuor, simul solvebant, & quæ earum instructissima

b 2 erat,

erat, duo triâve tormenta ferrea portabat, dimidia ferè ex parte rubigine exesa, & cadiscum unum pulveris pyru non valde boni.

In reditu aliqua earum fortè iacurterat in celocem vel myoparonem Galli-
cum egregiè armatum. Piratae Gallijam satis gnari, quām male & negligenter in-
strūcti navigarent Hispani, etiamsi obvia navis mille ac quingentorum aut duūm
milliū doliōtum capax esset, intrepidè tamen eam adoriebantur: ac primū
per alcum bombardę globum unum mittentes clamabāt, Adhuc adhuc pro Rege
Gallij. Verū si illi in demittendis suppliciter velis longiorem morā facerent,
tum piratae majoribus tornētis in mediā ipsam navim fulminabant. Quo tetrore
percussi Hispani, quām nullam propugnandi sui viam certierent, & omnes vitæ
luz metuerent, Gallorum fidei ac potestati semel permittebant. Gallus exemplō
Magistrum navis demittere in mare scapham, eūmque ipsum cum Navarcho &
Scriba venire ad se jubebat. Mox exactis ab eo rationibus aurī, argenti, unionum,
smaragdorum aliotumque pretiorum, quār naves ille exportare solent: ē suis mit-
tebat, qui ea omnia converteret: deinde suis quoque in captivam navim trans-
liendi potestatē faciebat, si quid fortè, præter eam, quār redacta esset, residua
prædæ invenirent. Illi, ut avide transgrelli erant, vectores nautasque ipsos spolia-
re, & si qua illi meliore ueste amicti erant, eam laceris suis & detinatis tegminibus
committare ac dicere, Hoc aptum est tibi, & istud mihi: parūmque ibi aut virtus
Hispana, aut militaris scientia proderat. Quippe isti omnia ferre atque agere, scri-
nia mouere ac revolvere: denique omnes angulos scrutabant & foranimum
abdicta, si quid fortè ibi auri delitesceret.

NONNULLI Archipiratae satis habuerunt, si merces manubiasq; Hispanis eri-
perent: naves ipsas relinquebant. Sed plerique eas quoque in Galliam captivos
abduxerunt, & expostis in terram Hispani, ac veluti miseri illorum, erogatis in
viaticum aliquot nummis eos in patriam remisere. Neque ulli fere sunt Patroni,
Præfecti que navium & Scribi classiarū, ex iis quidem qui in Indiam navigant, qui
eo, quo diximus modo à Gallis ut minimum semel aut bis capci ac spoliati non
fuerint.

MITTO loqui de aliquot pagis & populis, quos iidem Galli in Insulis Cana-
riis fortunis spoliatos acque eversos in valitatem redegerunt: mitto etiam de na-
vibus, quas pannis, saccharo, vino & alias mercibus onustas involarūt. Sed ea post-
quam ad Senatum Indicūt relata sunt, apparuitque sociordiam suam malamque
administrationem tam licenter prædandi Gallis audaciam facere: is Senatus con-
sultum ejusmodi facit. Placere uti omnes naves, quār toto anno pluribus com-
meatibus ex Hispania in Indiam navigarent (erant autem eae cū minores tum
grandiores circiter sexaginta) ubi onustæ instructæ, essent alias alias expectan-
tes omnes una solverent, tum ut mercatores ipsi tresant quartuor bellicas naves ar-
matent, quār classem usque ad Canarias Insulas prosequerentur, quia usque ad
eum locum ex Hispania in Indiam commenatibus periculum est. Id si ita sedulò
atque ordine curaretur, haud dubiè Gallos prædandi finem facturos.

CETERUM quod ad ea dama attinet, que Galli Indicis quoque populis in-
tulere, non aliis ejus rei culpa assignanda est quām Hispanorum quibusdam, ejus
navigationis peritis, qui Gallos cō ipsi deduxerunt, vel lola malitia, vel invidia im-
politi, vel injurię ulciscundz cupidine. Galli quidem, priuū Hispanis ducibus usi,

Omarie De-

facta discepta

Malta.

Rifano ap-
quod Galli al-
prædandi
rebus faci-
unt.

eos

eos curſus ex eo adeo exacte perdidicrunt, ut Hispanis ipſis nihil cederent: quumque initio circa Hispaniolæ & S. Johannis insularum tantum littora vagarentur, ubi ex iis locis non tantum proveniebat præde quantum solebat, progre- di ulterius, & ad alias usque insulas, ipsasque adeo continentis provincias excu- rere ausi sunt. Ergo non mare tantum latrociniis infestarunt, sed infra scripta quoque oppida & Hispanorum colonias populati sunt. Primum in Hispaniola Portum-argentum, Azuam, Jaquannam & Maquannam diripuerunt exinanic- tūntque multis inde abductis navibus feciſentque idem ipſi San-dominici ci- vitati, nifi arx multitudinum ripa fluminis imposita & æneis tormentis validissi- mis munita, eorum conatus repreſſiſſet: ut eam tentare ausi non fuerint, quam- quam duces aliqui Galli idetiam comminarentur. Itaque Hispani metuentes ne alia aliqua parte in urbem Galli aliquando irruant, quippe nullis cinctam mu- nis, ſemper tempore belli diligentes excubias agunt: imo quum ibi moraret, ci- ves aggere aut cespitibus circumdare inſtituisse eam pro certo ferebatur: quod tamen Maurorum & Nigritarum fugitivorum potius quam Gallorum metu fa- cere velle videbantur.

1. Quoniam inventus novis Insulis & mox continentem facile appareret rem operam & ma- gne molis ſuo proprio agere Conſilio & magistratu, cui regorum veſcigalium & reddituum ca- ra, cui provinciarum causarum arbitrium, omnium deniq; expeditionum rerumq; Indicarum regimen & cognitio ſubſeretur; iam eude ab aucto Ferdinandis & Iſabellis Catholicis reges, Ca- meram ſic collegium Hispali delectorum dominum inſtituere, quorum opera & autoritate colo- niorum & militum ſupplimenta, armamenta, ceteraque ad classes inſtrumentas necessaria, Pra- fectus ac Prætoribus, regni auſpiciis in Indianam Occidentem, navigationibus, ſuppeditare coetus. Tam etiam apud eos negatatores omnes, mercium, quas ex Hispaniam Indianam partabant, genui & ſumma profeſſi: inde quoque reverſi, aut ad veli, ut nonum ceterumque rerum quas ex In- dia reportarent, rativem redderent. Eam Cameram Indice contracionis domini vulgo voca- bant. Postea anno M D X X I V . Carolus V. Cesar Indicum Senatum, ſtatutum & ſolennem, publica ſcriptura & ſigillo regis inſtructum, constituit, atque omnium Indicarum causarum ſu- premam cognitionem, eritimum animadverſionem, penarum & rerum diſcretum: denique omnium rerum, que ex India in Hispaniam deferreuntur, que atque arbitrium ſub quo magistra- tus diſcretus effe voluit.



ANZULLES HISPANUS

PRÆLIO NAVALI A GALLIS FUNDITUR.

Gallia Hispanis capti. Avana Cubæ Insulæ colonia
à Gallis diripiatur.

CAP. III.

M. 14. 1. 1. 1. 1. **A**NNO MD XLIII. Petrus Anzulles tribunus militum è colonia nominis de duabus navibus & caravella una vela in Dominicâ fecit, cum opibus quæ centum millium ducatorū precium æquat. In itinere cum ad Jaquannam applicuisset, comperit vix sex ante horis inde Gallicam navim solvisse, quæ depopulata civitate ignem teatris injeccerat. Petrus, qui gloriae impensè avidus esset, omni auro & argento in eo portu deposito, fiblatis dolonibus altum petere intendit, & Gallicam navim querere. Quam ubi adeptus est, expediere arma utriusque, & magna vi infestis rostris concurrere. Ä quo marte & paribus utrinque animis per quadrantem horæ pugnabatur, quum ecce in medio æstu certaminis Petrus cum nauticis aliquot isti tormenti percutitur. Hispani, fractis duce ipso casio animis, fugam artipiunt, brevique in Dominicâ portum se condunt. Gallice navis Prætori insequi fuso negligens, cœptum iter peragere instituit.

M. 14. 1. 1. 1. 1. **A**NNO supradicto, Gallicæ naves duas usque ad Dominicæ viciniam provectæ, caravella una capta quæ onusta mercibus ad caput veli tendebat, ad Orientalem Monæ insulæ latuæ an coras tecere prædam aliquam expectantes. In earum una Cantabri aliquot (Biscainos vulgo vocant) vehebantur. Postquam eius rei certus nuncius ad regios Praesides, qui iuri dicundo in Dominicâ præerant, allatus est, liburnicas duas, quæ in portu flantes onera & discellum in Hispaniam parabant, celoces duas, & myoparonem unum armant, eisq; classiculæ Carionem Trianam præficiunt. Ille solvit: Galli sequenti die Prætoriam navim, cum celoce una ceteræ classi præsentem, prospectantes, ratiique navim aliquam onerariam esse, que in Hispaniam committere, lœti admodum lese ad pugnam comparant.

M. 14. 1. 1. 1. 1. **V**ERUM ubi mox propinquior conspectus duas alias naves & myoparonem aperuit, videruntq; eas naves rectâ ad se tendere, tum Cantabri, qui in Gallicarum altera erant, veriti ne de se captis, tâquam subditis Regis Hispanie & perduellionis prodictionis que manifestis, grave supplicium sumeretur: quod miliari amplius adhuc ab hoste absente, & commodiore navigationis cursu uterentur, omisso omni sociorum respectu curâque, vela subrigunt & fugiunt.

M. 14. 1. 1. 1. 1. **A**LTERIUS navis Prætor ubi se desertum à locis videt, & jamjam sibi imminere Hispanam navim prætoriam cum celoce, neque alias supervenientes procul, neque ullam fugæ viam patere, penitus consernatus ditionem facere instituit. Itaque milites ponere armajubet, quippe amentiæ fore non prudentiæ dimicare

care velle: quando nulla spes esset se solum adversus quintuplicem hostium aciem pugnante posse vincere deditis verò (sic ut ipsi, quam vincerent, solerent) Hispanos clementer usuros ex mutuis bellorum commerciis. Hæc Prætoris verba iracundè repulit Tormentarius quidam, Enim verò sibi quidem, inquiens, deditio nem non esse faciendam, sed pugnandi videri: & eundem, suo judicio, ceteris esse animum. Evidem malle fortiter dimicando mortem honestam oppetere, quam tridentem le ulterò in manus inimicorum vitam ingloriū trahere. Si paveret Prætor, cur ad bellum iret: etiam si quintuplices hostes essent, & ipse solus, se tamen ipsos ne pili quidem facere: quippe Hispanos in us oris militarium artuum maxime in navalibus præbris, plane rudes atque imperitos esse: in primis tractandarum machinarum haud satis gnaros. Itaq; fidenter Ipondere se quatuor tormentorum iactibus prætoriam eorum navim perfractam demesurum: neq; dubium, quin ea depresso ceteræ fugam caperent. Certe si Prætor huic Tormentario fiduci atque autoritatis aliquantum prælli arc sustinueret, ipsorum rebus melius consultum foret. Quū enim judicassent omnes magnifica hic & ejus verba rebus ipsi & factis comprobanda esse, jamq; Gallicæ navi imminentis Hispana, disploso tormento, clamaret, Adhuc adhuc pro Imperatore, veluti jam capti insultans: illi exemplò tam horrendo tormenti fulmine responsum est, ut parvū absuerit, quin perfringeretur.

GALLICÆ Prætor, à pugnandi animo alienus, confessim è foris desiliens, ignem & tormentarii manu abripit, alterum fulmen jam dispropolare parantis. E quidem si tum ignem tormento ille immisisset, globumq; perinde periculoso hostilis navis loco, ut primum, intulisset, Hispana prætoria, uti dixerat, haud dubie demergebat. Imo nisi & ipse Hispanus præfectus movendis scutinis aliisq; oneribus intentus, foramen à globo factum fuisse atq; explore properasset, credo vel uno eo ita perituram fuisse, multa jam accepta aqua. Itaque sine certamine capitur navis Gallica, & Dominicam abducitur, tam effusa civitatis letitia, ut si ipsa Gallia capta esset, Galli in custodiam traduntur, maximè qui retum maritimam imperi erant: Prætor ipse in Almirantis domo propæasidius erat: navim iormentis, rudentibus, velis, ancoris, cæterisq; armamentis spoliata & proiectam in altum, Hispani in jecro igni cremarunt. Ipsi mihi quum amicum quendam metum, qui in vinculis erat, invilereim, cum Gallis illis sape sermo erat, illi verò Prætorem luum probris & diris lacerabant, qui turpem adeo deditio nem fecisset: unde duriter & inclementer habiti gravissima incommoda patarentur. Paulò post divisi naveis quæ ex India solvebant, & in Hispaniam missi sunt: in itinere quinq; eorum, qui Caravella una vehebantur, conjurant in Hispanos, eosq; de improviso adorti in altum præcipitant. Ita potiti caravella, onusta laccharo & quindecim millibus ductorum ex vestigalibus regiis, cum tam opima præda in Galliam aufugiunt.

ANNO M D X X X VI. in Cuba insula, portum Avanæ inventus myoparo unus Gallicus peregrinus (à Gallis vulgo dicitur Patav) qui tempestate à Prætoria navi disjectus & eo delatus fuerat, oppidū ipsum cepit. Hispani quod eius oppidi domus ferè ligneæ & paleatantum tectæ essent, metuentes ne id Galli incenderet, septingēta aureis ducatis, incolumente municipi ab illis pauci sunt. Galli eo prelio contēti, abeūt. Postridie cum tres maiores naves è nova Hispania profectæ eo appulissent, Johannes de Rojas Præfector eius oppidi eas aurum, argentum & quæcumq; alius precii essent, in terra exponere, Gallorumq; vestigia subsequiuit.

Pigmenta
colorata
Glossa
Glossa
Glossa
Glossa

Illæ confestim singulæ ordine portu egressæ præente. Prætoria scaphis ad puppes religatis, haud procul oppido, in flexu promontorii cujusdam, ad ostium vicini fluminis Gallos assequuntur. Prætoria navis in Gallicum myoparōnem sola invehī non ausa, imperum sustinebat, donec ceteræ naves adcessent. Galli ubi hostem cunctari vident, neque illi fatisse ad lacefendam pugnam animi, aliquot tormentorum globos displodefecerūt incipiunt. Inde Hispanis tantus terror injici, ut nulla defensione tentata, turpiter in fugam versi, & scapha etiam amissa, milites permisisti nautis ingenti cum tumultu in terram evaderent. Aliarum navium una, quæ non procul sequebatur, ubi à Prætorie navis militibus effusam fugam fieri videt, prorām vertit & ipsa, & qui in ultima erant deinceps fugiendi exemplum sequuti sunt. Ita Galli primò territi ac propè certi captivitatis, repente fusis præterspem Hispanis, summa cum voluptate tres eorum naves corripiunt: ac denuò ad Avanam regredi, quum nummorum alterum tantum, quantum prius, ut parcerent oppido, à civibus extorsissent, inde porrò abiere.

Ex eo Hispani domus è lapide struere ceperunt, arcemq; imponere portus littori adversus incursionses Gallorum bombardis & machinis ingentibus muniram. Situm est id oppidum in planicie mari vicina qua orientem spectat: domus instar, cuius porta optimè clausa cetera omnia circum nuda atque aperta sunt, nullis cinctum muris, ut cuilibet, quacunque velit, eò pateat aditus. Itaque ejus arcis quam Hispani in ore ipsius portus immoliti erant, certiores facti Gallis ad ostium Chioreræ fluminis (id sex millibus passuum ab urbe abest) applicant: & circiter medium noctem in terram egressi, de improviso sub primam auroram magno tumultu urbem invadunt. Hispani nec opinari hostium adventu & fremitu excitati, defilicere è cubilibus, & qua quilibet poterat alius in alia porta in sylvas diffuge. Ita Galli ædificatam ab Hispanis in ea insula coloniam distipuerunt.

1. *Mona* insula inter Hispaniolam & insulam S. Johannis de Portu-advute 17. gradibus ab Äquinoctiali linea Septentrionem versus, abest: exqua, depresso & plana: sex millibus passuum, id est, tribus leucas, circiter in circuitu patet. Pauci Christiani & Indi habitant. Piscans abundat, aqua dulci & canceris optimis. Est & alia Mona insula Britannie proxima.

2. *Avana*, Cuba insula colonia & portus, in Septentrionali eis litora sita.

H I S P A N I



UVA.BHSC

UVA. BHSC



HISPANI PER SPECIEM

COLLOQVII GALLOS CIRCUMVENTOS

trucidant. Galli eorum perfidiam ueliscuntur, & Hispanicas

colonias in Cuba, San-Johannis & Jamaica

Insulis diripiunt.

C A P. IV.

ANNO LIV. flagrantibus inter Carolum V. & Henricum Gallia Regembellis, Gallica una navis ad San-Jacobum, Cubæ insulæ caput, cum octoginta militibus, appellens, civitatem diripiuit & exinanuit. Atque inde è vespere ad Avanam tendens, expositis ad Chioream miliebus, hora una ante lucem oppidum ingressi Galli, aliquot Hispanos spoliarunt: alti fugi se propitiuerunt, Galli singulas municipiū domus irrumpentes, optimam se prædam inventuros rati, manibus propè vacuis reverti sunt. Quippe Hispani quum sepius jam Gallorum populationibus vexati essent, veriti, ne idem quoque deinceps accideret, facultates omnes suas in prædiis & villis habebant. Inter ea vero, dum Galli scrutandis & exhaustiendis dominibus intenti sunt, duo Hispani à senatu Colonie ad eorum Prætorem mittuntur: primū qui quam multi illi essent, per speciem legationis propriū explorarent: deinde pretio cum illis paciferentur, ne oppido ignem inijicerent. Quam de redimenda colonia & captivis, qui in Gallorū manus venerant, inter eos ageretur, Gallus prætor sex millia ducatorum pretium statuit & flagitat. Hispani se inopes esse dicere, & omnes suas facultates ejus summa pre-
tium æquare non posse. Itaque ea de re sibi adeundos & docendos esse magistræ
tus, sine quorum & senatus iplius sententianihil transigere ipsis per se licitum es-
set. Quare potestate abeundi à Prætore impetrata, fidèque data le postera die cum
certo responso reversi, urbe excedunt.

LIBGATI ad suis reversi, rem ad Johannem d' Orien ceterosque civitatis gubernatores referunt. Illi multitudine hostium cognita & quantam pecuniam summam peterent, in diversas sententias abidere. Major pars, enim vero pacticem omnem cum eo hoste abnuere: Gallos ferro potius, quam auro arcen-
dos: nec pecunia, sed hastarum & tormentorum iætibus explendos esse pre-
dones istos pridem novissima exempla meritos, qui latrociniis tantum & ra-
pto viverent. Neque multitudine formidabiles esse, neque ut altero tanto plu-
res essent, vel teruncio esse æstimandos: ac vel paucos illos equos, qui sibi super-
essent, ad eos protocrendos sufficere. Alii contra sentiebant, Tutius videlicet,

esse, levienti necessitatibus summittere animos & servire tempori, quam sese ac sua omnia fortunae arbitrio permittere: qui aliter censerent, facile coimprudentiam suam prodere, quod holtem contemnerent. Quamobrem placere iterum mitti legatos ad Gallum praetorem, qui certius de pecunia ipsius voluntatem explorarent: quod si de pecuniae imperata summa nihil profus remittere velit, at-tamen obligatae fidei liberatione utique illi satisfactum iri. Postremo, ubi haec ita prestatuerint, nisi conditiones placerent, tum alio consilio, quocumque optimum vi sum esset, non intempestivè usuros. Sed multorum inconfusa opinio plus quam paucorum prudens consilium valuit. Itaque aciem instruunt, & familias, id est, Numidica servitia; armant Hispani, centumque & quinquaginta circiter militum manu collecta, noctu apud Gallos omnia soluta & sopia inventuros rati, in urbem irrumpunt, vociferantes i, San-Jacob, San-Jacob, & emissis pilulis plumbeis, quatuor Gallos interrumpunt, in iis Praetoris ipsius nepotem. At ceteri Galli, nihil defixis aut perculsis pavore animis, stratis excusci pedibus sese excipiunt, & rapte confectim armis animosè propugnant. Nec tulere impressionem ex adverbio factam Hispani, sed ad primum glandium plumbeum nimbum, quem Galli effudere, turbati vertunt terga & sylvarum latebris sese sepiunt.

Galli preli
item Hispani
centrum
invenimus
in sylva
latebris

Praetoris
in
navem
quibus
fuerunt

PRÆTOR ipse Gallus totam eam noctem, statione circa urbem disposita, in escubis pernoctavit, ita supra modum incensus propter cædem suorum ac sui maximè nepotis, semetipse ultrò incusans, quod Hispanorum fidei & promissis credidisset. Ut illuxit, à militum suorum parte, quicquid picis reperiri posset, colligi jubet (erant autem in oppido multæ picis captiæ eò ex Hispania convectæ ad ferruminandos navium textus) eaque inungi domum portas, fenestras, laquearia, denique ubicunque materia & lignæ operis aliiquid esset: mox ignem testis injici, & parietes ipsos solo æquari, atque à fundamentis erui. Jamque domus conflagrare cœperant, quam ipse ad templum profectus, ne ei quidem pepercit. Id spectaculum flagrantis urbis eminus è propinqua sylva Hispanus quidam conspicatus, equo utique fretus, Gallorum ducenti suppliciter ac demissè adiens, Fortissime Praetor, inquit, non te satis habuisse ad explendum animum tuum universam civitatem solo æquasse, nisi templo Dejetiam ignem injiceres? Ad hæc verba Praetor arroganter respondit, Homines, inquit, quibus nulla fides est, ne templo quidem indigent. Tandem vero dirutis dominibus omnibus, arcem quoque ipsam directam solo tenus dejiciunt: & dux, navem portum invehi, omnémque egestam ex urbe prædam eò stipari jubens, ferociterque Hispanis pestem ministrans, inde excessit. Panicos post dies, quam hæc acciderant, ipse eum portum ingressus, deformes adeo ruinas illas conflexi, ut vix ulla techorum vestigia & situs dignifici posset.

SANGERMANUM colonia est in insula S. Johannis de portu-divite extructa, eam quam mari vicinam Galli saepè diripiuerint, Hispani translatam ex eo loco in sylvam quandam sex millia passuum procul à littore introflus in mediterranea retraxerunt, ita se nimis rutiores & extra periculum futuros rati. Sed ne sic quidem ipsi sat deliquerentur. Id enim ubi recidivissent Galli, ad sylvestrem usq; illam nidum progressi sunt. In 2, Jamaica insula Hispalim seu Sevilliam, viginti quatuor

quatuor fermè eectorum oppidum, octo passuum milliaria distantem à mari, dīpserunt.

PER eadem hæc tempora Carthaginæ (ea est urbs & provincia Indicæ continentis) Judex quidam fortè nautam, cui aliqua de causa infensus esset, virgin cædi jussit. Ille mox liberatus in Hispaniam atque inde in Galliam transgressus, contraria quinque navibus postmodum Indiam repetuit. Ita tñque in Carthaginensis portus oftio ancoris, centum milites in scaphas navium transgessos in littus exponit. Illi una ante lucem hora egressi in terram, Hispanos omnes sopitos opprimunt, domusque vi irrumptentes, quæ partim lignæ, partim ex arundinibus contextæ sunt, omnes paumarum foliis concreta, omnianum multu & clamore miscent. Nauta cum aliquo Gallis Judicis domum ingressus, qui ipsum virgin cædi jusserrat, cum repetitus sic iustibus confudit: alii alio ad prædam discurrunt. Hispanorum maxima pars fuga sele proripuit, nonnulli interempti, ali captivi facti sunt. Ita direpta est & incensa Carthago nova, unde Galli ex manubibz & pretius captivorum amplius centum & quinquaginta millia ducatorum tulerunt.

A L I A naves Gallica ante & post hæc omnem illam oram præterlegentes San-martha & capiunt veli colonias, & alii loca dirupuerunt. Postremò, ut ali quando de his Gallorum gestis agere desinam, quo tempore in Cubagua unionum piscatus florebat, Gallica una navis eò fortè applicuit. Hispaniea profecta & agnita, lntres duos patros quinquaginta Indis onerant, eosque arcubus & sagittis armatos, adversus eam navim mittunt, perfundentesque, qui in ea erant, pædiones esse, quos nisi perdere occuparent, egressuros in terram multisque corum captis, tanquam foemini, ad nefandam venerem abusutos. Indi proflus ita esse rapti, nihil intermittunt, donec navim assequantur.

G A L L I sine ulla periculi suspicione aut metu, nudos homines otiosè continebantur, rati fortè opinor, illos spectatum eò & sui visendi gratia confluere, aut ad commercium unionum. Sed ut navi propinquarunt barbari, pro margaritis sagittas in Gallosemittere, & corum aliquo transfigere Galli, qui unionum, qui ibi capiuntur, peritiores essent, quam venenariæ illius herbae, cuius succo Indi sagittarum aculeos tingunt, postquam se fauoris & lethales esse eas sagittas animadverunt, nulla interposita mora sublatis velis abeunt. Neque deinceps, quantum intelligere potui, navis ulla Gallica eo applicuit. Ea arte atque astu Hispani jam pleni formidinis infestas Gallorum manus effugerunt.

1. SAN-JACOBUS, primaria Cuba insula colonia & Episcopatus sedes: tuto & transquillo porta nobilis.

2. JAMAICA insula, ad Orientem Hispaniolæ, XXV. ab ea leucarum intervallo discreta, XVII. gradibus ab Äquinoctiali limite distat. Ejus caput nora Hispania, & titulo Abbatis primaria sedes: cuius primus Abbas fuit Petrus Martyr Mediolanensis, is cuius extant tres de rebus Oceanicis Decades.

Carthaginæ
nec Hispanie
debet
sua clavis
disponere.

*Hispaniea
profecta &
sagittis*



CARTHAGINENSIA ET
SAN-MATHENSIUM INDO RUM MORES,
& commercia. Hispani smaragdos & aurum ab illis extorquent:
& pro beneficio, bella, servitutem & rapinas
reponunt.

C A P. V.

NDECIMO post adventum meum in Hispaniolam mensē, navim in Indicam continentem vela facere parantem conſcendens, ē San-domini nici urbe solvi. Sexto post diſceſum die, i, nivoli San-martha montes nobis ſeſe aperuete, brevique inde ad Carthaginem appulimus, quam 2, quōd inſulam ipli portus faſcibus objec̄tam habeat, ut Carthago nova in Hispania, ita Hispani nuncuparunt. Hæc inſula octo milia paſſuum in longitudinem, tria in latitudinem patens, quo priuum tempore Hispani cas provincias attigerunt: tota Indicis pifatoribus habitabatur: nunc verò vix illa mapalium reliqua vestigia exſtant. Neque id mirum ulli eſſe debet: quando & aliis omnibus in provinciis tum maritimis tum mediterraneis, quas Hispani tranſcurerunt, vix misera illa Indicarum gentium reliquiae reperiuntur. Tanti mali cauſa eſt, quod illi populi, quamdiu vires ſuppeditarunt, Hispanorum amicitiam accipere nunquam laſtiuerū, propter intolerabilem eorum ſævitiam atque atroces injurias in feſe ac fuos ab iſtis editas.

FRUCTUM, pifcium, rerūmque aliarum vitæ tuenda necessariarum copiam habent. Pudenda bombycino veſo contegunt. In bellis non minus ſemina, quam viri pſaliantur: fagittæ venenatae, tela ſunt: holtæ captoſ & caſos mandunt, & multos quidem Hispanos eo modo carnes & fruſta ſecere, ceterisque omnibus ita, ſi poſſint, utuntur. Soleania ſua olim celebrantes, quam maximè festo & pulcherrimo cultu poterant corpus ornantes, bullis armillisque ex auro, unionibus & smaragdis, brachia, crura, faciem reliquiasque omnes corporis partes impediabant.

PRÆCIPUE corum merces, ſal, pifces, piper 4, quæ in ea continentis loca deferunt, ubi ea deficiunt, & aliis rebus permuntant. Prosperis suis quondam temporibus pulceriſimos & nobilissimos frugum, fructuum, bombycis ſeu goſſipi, pennarum, moniliu, auri, multiplicitum unionum, smaragdorum, mancipiorum, aliorumque ſuę terra commodorum, mercatus inſtituebant: ac mutuo inter ſe commercio, quibus quisque egebat, ea capiebat ſine illa cupiditate aut avaritia,

ritia, & Cape, ajebat alteri, hoc, & tu invicem mihi istuc dato. Neque quidquam ferè magis apud eos in pretio est quam elculenta & cibi, quamquam hodie major pars earum gentium, quod à nobis hausit, jam temporalia quoque hæc bona carissima habere & venerari didicit. Sed vel in hæc corruptela non pauci reperiuntur, s, qui non ea tantum nunc, quanti paulò ante faciant.

Hic quod mihi aliquando usuvenit referam. Quum forte esuriens in domum cuiusdam Indi incidisset, petiissemque ab eo, an pullum gallinaceum vel nalem haberet: respondit ille, Se vero habere, sed quid vellem contra ipsi dare, petit. Ego moneta nummum unum offero (Regalem vulgo vocant) illi nummo ē manu mea sumto, querit, quid pullo facere vellem: Comedere, inquam. Indus me contra in faciem intuens, Regalemque inter dentes tenens, velut demorsurus, Christiane (inquit) si tu me vis dare tibi, quod edas, præbe tu mihi vicissim, quo ipse velcar: nam quod tu hic mihi das, nullius usus est. Quod si nolis, recipe tuum Regalem, ego vero pullum meum commedam. Ita elusus ab isto, alterius domum me contul, qui mihi pullum dedit.

INTER Carthaginem & S. Martham ingens & rapidum flumen occurrit, quod tanto impetu in istar torrentis in mare devolvitur, hincne prescritim, ut retroacto æstu præterlabentes illac naves, facile inde aquam dulcem capere possint. Gonzallus Ximenez Doctor, Petri Lugi ejus provincie Præfecti legatus, quum ditescere cuperet, cum XLV. Hispanis & myoparonibus duobus flumen illud subire adversum aggreditus, dum per circumjectas ripægentes vagatur, smaragdos aliquos reperit: quumque ex ipsis intellexisset, unde illos sumerent, progrederi ulteriori statuit, neq; prius finem facere, quam cautes aut fodinas reperiret, quæ eas opes gignerent. Tandem quum aliquot provincias peragendo emensus, in Bagottam principem ditissimum (ex fallo vulgi Hispanorum judicio) incidisset Doctor partim gratia, partim rapina magnam auri vim ab eo extorlit, mox petuit, unde smaragdos sumerent. Bagotta Christianorum immodicam avariciam deprehendens, ut eos suis finibus expelleret, illösque à se amoliretur, in valle Tunia effodi eas respondit. Hoc audito Doctor cum suis ab eo digressus, superatis montibus quibusdam, quos Indi obtinebant in vallem Tessicam pervenit. Ejus provincia regulus erat Simandoca, is quum Hispanos modestè & sine ulla detrimen-
to per fineis suis iter facientes videret (quippe veterat Doctor severè, ne quis quidquam sine permisso indigenarum capere aut attingere auderet, idq; ut gratiam & bonam famam inter eas gentes libi conciliaret) ille, inquam, eos nihil transitu prohibere conatus, hospitaliter etiam & comiter exceptit. In primis vero Doctor ab eo de smaragdorum fodinis sciscitatus est Regulus, peramicè eum ad locum deduxit. Vigintiquinque circiter milla passuum ab ipsis ditione aberat, tumulus editus, arido & nudo herbis atque arboribus solo. Ibi magnam vim gemmarum à suis subditis effodi jubet, eisque cum aliis opibus atque auro Doctor largitur, nempe qui ea parvi faceret, plurisque duceret salis lancem unam quam aurum omne & totum illum smaragdorum montem.

Cum hoc pulcherrimo & ditissimo munere ad San-marthianam coloniam Doctor reversus, nuper inventæ provincie famam spargit, quæ adeo auro & smaragdis abundaret. Omnes visendi cupido incessit: in primis Petrus Lagus ceteris avidior, arma, navigia, equos, cetera que ad eam expeditionem necessaria compa-

Desiderium
admodum
acutissimum
etiam in
tempore
prolongato

parat: quimque paucos circa se haberet milites, Carthaginem ad delectum habendum mittit. Ut libitum instructus, quem ad Bagotę finium limites pervenisset, & ad illum vicinósque regulos Christianorum adventus fama perlata esset, scelerumque ac facinorum quæ ubique nefanda ererent, summis armis illi arcere vim advenarum & libertatem suam propugnare properant. Sed ubi ventum ad manus, barbari omnibus ferè præliis vincebantur. Itaque quum & jam multis ipsorum casis res ad internacionem gentis spectare videretur: Christianis vero nova subinde auxilia Carthagine & San-martha summitterentur, felsisque ac sauciis recentes luccederent: spem omnem pellendi eos à suis finibus exiunt, victi que metu ne cladibus attriti ad vastitatem tandem redigerentur, abjiciunt arma & pacem exposcunt. His artibus Hispani maximam ejus provincie partem subegere.

PETRUS Lugus levibus aliquot præliis Indos expertus, & trans cursus gentibus multis omnia igni, ferro, latrociniis, quacumque ibat infesta faciendo, cum magna auri & sinaragdorum copia San-martha reversus est. Hæc provincia ab Hispanis granate: novæ regnum dicta est, & Georgius Robledus Tribunus militum, qui in ibi coloniam condidisset, Carthaginem eam nuncupavit, propterea quod omnes ferè ejus oræ perdomitores ac coloni, qui ibi erant, quum ipse eo applicuit, Carthagine nova Hispania ubi orti erant. Illi magnam inde sinaragdorum copiam effuderunt, & potrò etiam nunc effodiunt.

1. SAN-MARTHA portus in continentis Indiae, undecim tantum gradibus ab Äquinocoiali linea in Septentrionem distat, sub alpissimis montibus, qui, sursum dictu, inter tantos ardores, opacæ fiducie nebulos, primi nauti ex alio profecti, antibus ea hæc aperirent.

2. MOX sub sinu epus caput, aliam quis unscapatione rationem visiderit reddere. Sed hic loquitur de ipso portu seu tota ea ora, quæ obiectum insula situm Carthaginus nō nō, que in Hispania est, referentem, sic vel Columbus vel primi Hispani nominaret. Ille vero agit de colonia, que à Carthaginis Hispaniis erubus, in nove Graecia e provincia X L. passum millibus à San-marthensi portu condita est. Porro obiectum Carthaginem in insulam Barbari indigenæ vocant Codice, utl. Carthaginenses Hispani suam solumbram appellant. De cuius situ vide T. L. rum Annal. lib. 26.

3. ANNO MDIX. Marinus Ancylus adversus Zenuenses ejusdem ore accolae bellum gerens, unam cepit 20. annos natam, que cogniti oīto Christianos sua manu micererat. Gomara Hisp. Gen. lib. 2.

4. Toto continentu trailli in quo Nova Carthago, etiam in proprio regno, magna est usus peripis cuiusdam oblongi, quod majora acrimonia præsidium Orientali, magisq; aromatiuum & incensorum odorem sferas quam Axi seu Capiscum, id est, Piper Indicum vulgare. Nu. Monard. de simplici medicina. Indie Occid.

5. Qyo liquidus apparcat, quanto in contentu drupiarum virant Occidentales Indi, hic ex Jobanni Leri, amico meo, libro quem super Gallicè de suis peregrinationibus edidit, bona fide transcribam ipsius cum Brasiliensi barbaro colloquio: Mirantur (inquit) non mediocriter nūfis Tropicanis australi (de quadam Brasiliæ gente agit, quicunq; Galli societas erat) quum rident Gallos aliquaque ad venas e præcul remotis terris clementes, tantum laboris suæ reverunt. Arabant aīo suo (id est, Brasilio seu coccineo ligno) naves onusq; reverbant. Itaque magno maru quidā ex barbaris hisc in modum me super ea re aliquando interrogavit: Quid sibi vult, inquit,

inquit, quod vos Mair & Petros (id est, Galli & Portugalli) tam procul petrum ligna re-
niuntur? Nullane vobis ligna ad faciem tellus vestra suppeditat? Num ego: Suppediat vero,
inquam, & quidem magna copia: sed non ex eis genere arbores, quales vestre sunt: Brasiliam
imprimis, quod hinc noster non ad uenitium, ut tu existimas, sed ad tingendum exportant: sicut
& vos eniam in celos vestros bombycinos, pennas, aliaque rerum infinitus. Hic ille protinus exci-
piens: Verum tantum eis eis ligna copia vobis opus est? Enim vero, inquam, quam enim (ut lo-
minis animorum admiratione suspenderemus) apud eum vel uniuersitator plures coccineos panus,
plures culicellos & sarcices (nota ipsi & familiaria exempla subiectens) plura specula possidet,
quam quanta hic ad vos inquam dilata sunt: solus ille omne Brasiliam coemet, quo plures
hunc naues onus redempti. Ab itaque Barbarus mira plane mali narrit. Monstrorum,
que audiuerat, memor percontari ultra perrexit: At, inquit, vos illi adeo locuples, quem tunc re-
fers, non moratur? Mortuit, moritur (inquam) ut & ali homines. Ille tunc ille (ut isti Barbari
commentari amant, & captiuum sermonem nullius interruptum diuerticulis, ad finem usque hanc
absurdè pertexunt) querere ex me: Ergo, inquit, corum, que iste mortui bona reliquunt, quis heres
est? Liberi ejus, inquam, si habet: si non habet fratres, sorores, aut proximi ejus adgnati. Quoniam
hic dixisset, Equidem, (inquit meus ille hand fatus impetus senex) facile hoc animadverso vos
Mair (id est, Gallus) esse insigniter fatuo: Nam quid trahienda mari tantopere vos fatigari
necessaret, in quo superando (sic et nobis quidem bene appulsi dicitur) tantum maloram exhibi-
tum? nempe ut liberis vestris, aut superficiebus cognatis, opes queratis. Tellus que vos aluit,
non illis quoque aleundis sufficit? Nos quidem, & liberos & propinquos habemus, vestique, ne tu
rendes summa caritate amplectitur? sed quoniam confidamus fore, ut post mortem nostram

terra, quae nos aluit, eadem & illas quoque evantriat, in eo acquisierimus.

Hac tunc ille.

GERMA-





GERMANI ALIQVOT HISPANORUM EXEMPLIS EDOCTI, INDOS

vexant. Illi injuriarum pertarsi, quæsita morte intereunt.

Valle-tuniciensum religio, arma

& mores.

C A P . VI.

VELZARI (id est, Velzarorum, iⁱ Germani mercatores sunt, procuratores seu mancipes) auditio tam ingenti lucro oblato, è Valentiola profecti & ipsi, ac terrestri itinere alperrima loca & nivosos San-marthi montes, ducibus Indis gnatis locorum prætergressi, tandem in Smaragdorum provinciam pervenient. Inde excursionibus factis & direptis aliquot gentibus, Ipolis onusti in suam provinciam retneant. Sed Indi ubi le assiduis injuriis vexari & undique optimi à peregrina gente animadverunt, pertuli tot laborum & miseriatur, diris exsecrantes & blasphemantes Christianum nomen, vulgo sylvas ingressi informem exitum deligebant. Feminæ pariter ac viri certatim eō confluentes suspendia quærebant, & quibus frangendæ gulæ laquei deerant, ut in gente plerunque nudaali áios adjuvantes, deligatis ad ramos arborum cornis, jacto que in præceps corpore, acerbissimi lamentiis horrendo cum stridore atque ululatu cœlum & terram implebant, donec misericordia vita finem tandem inventarent.


VALLIS-TUNIE & finitimorum locorum incole*i*, Solem, ut præcipuum numen, colunt. In bellicis expeditionibus, pro vexillis & signis, clarorum hominum & bellico aliquo facinore illustrium olla arundinibus alligata circumferunt, quo cæteri ad eorum virtutem imitandam, & pugnam cum holte alacriter capessendam accendantur. Arma eorum & tela, lanceæ, e ramis palmarum, & enses lapides. Regulos suos cum aureis monilibus, Smaragdis, pane & vino sepeliunt: & in multa ejusmodi diutissima sepulchra incidere Hispani. Accolæ ingentis illius super memorati fluminis, 2, Caribes sunt, sicut & San-marthenſis ore indigenæ, herbarum succo venenato sagittas inficiunt: & ante adventum Hispanorum capitales cum Bagotta inimicities & assidua bella exercabant. Strenui sunt, feroce*s*, ultionis cupidit: ad bella Chiappem numen suum, velut victorii arbitrum, secum deferebant, ei que priusquam expeditionem inirent, leætias humanas victimas vel ex captivis alicujus feminæ libertis, vel ex hostibus captis, maectantes, pluribus sacrificiis litabant: totumque ipsius simulacrum sanguine oblinentes, carnes iter se ipsi epulabantur.

Si: victoriam domum referrent, effusa cum latitia cantantes, saltantes, & se ad ebrietatem usque potu invitantes, holium sanguine, quos bello captos adducerent, idolum similiter ungebant. Victi vero, morti & confusi novis sacrificiis Chiappen placare studebant, ut deinceps propitius ac volens adesset ipsis & victoriam daret. Multa præterea alia à me de earum gentium moribus reserti possent: sed ne fastidium legentibus patiam, ad sequentia propero.

1. SOLI M. nſque adeo venerantur, ut eum contra intueri non andeant. Lusus vero etiam, ut Soli, divinos honores tribuant. Comara Hisp. gen. lib. 2. cap. 72.

2. Caribes propriæ dicebantur quondam, Boriquene, Dominice, Martini, Cibucbeorg (hodie S. Crucis) insularum incolæ: qui canis, ad eft, histribus monoxylis veli, Hispaniolensium latus bellum inferebant. Creduntur Caribes illi insularem originem duxisse ē Caribbean, Urabensis sinus orientalis era, in continentis Indie Occidentalis. Caribes autem homines streui & fortes, Indico idiomate appellantur. Vulgo hodie omnes area & sagittis infellos Barbaros Indice continentis accolas, ita nuncupant. Caraibes vero apud Brasilienses, sacerdotes seu vates dicuntur.

d INDIÆ





INDIA CONTINENS MULTIS
LOCIS DESOLATUR. INDI HISPANICAM
servitatem præsidio & difficultate locorum effugiunt.
Hispanis ægrè commearus præbent.
Pecuniam aspernantur.

C A P . VII.

A n, ut ad meam peregrinationem revertar, quum ad Carthaginem applicuissim: quod navis, qua vœtus eram, multam aquam acciperet, nec inde solvere mature posset, necesse me fuit aliam opportunitatem ad traciendum exspectare. Quadragesimo quarto demum die myoparonem ad Nomen-Dei tendentem concendi. Nos oram semper præter elegentes primùm in Urabensem sumus, mox in portum Achlæ invecti sumus. Oppidum id est, tantum à mari remotum quantum balista telo his adigi potest: ac cum ibi forte octo erant domus Hispanishabitatæ: quamquam initio, quum eo in loco condita colonia est, plures viginti erant: Sed ut res eorum non semper prosperum exitum fortior & in peius lapsæ sunt, arque etiamnum labuntur, quod mutuis cladibus & indos & scipios attriverint: major ferè pars ad meliores sedes querendas alii dilapsi sunt. Ac propè idem Antiquæ Dariensis & aliis ejus ore coloniis accidit, unde ab Hispanis vulgo demigratum est.

O c r o ante quam portum illum Achlensem attingerem, diebus, cò appulerat una navis, quæ onuscula mulibus San-Dominica ad Nomen-Dei vela fecerat. Ea quum ad oram continentis applicuisset, nec regionem calueret navis Gubernator, pro certo habens sù inferius ad fines Veraguæ esse, signum solvendi dedit. Quimque ratus se Nomen-Dei versus navigare Carthaginem tenderet, ad os portus Achlensis applicuit. Gubernator quum, nec quo iret, neque ubi esset, seferet, & suspensus animi terram prospæceret, forte accidit, ut Hispanus quidam illuc propter litus inambulans, navimque in portus fauibusstantem conspicatus, aberrasse eam à cursu regionis ignorantia suspectaret. Itaque confusum domum recurrens arreptum mantile hastaque alligatum è liatore sublimè eti. Qui in navi erant, signo conspecto, portum intrant, mulasque in litus exponunt.

C e t e r u m mercatores, si eas rursum in navim imponerent, penuria pabuli & inculta hand dubiè perituras rati, navem ad Nomen-Dei mittere, & ipsi mulas terrestri itinere Panamam deducere, instituunt. Ergo sele comparant, commeatus

meatus provident, quantum ad iter sufficere videbatur. Interea me rogant, ut
comitari se vellem: discedimus preceunte nobis Hispano quodam non admis-
sum perito dice itineris, & virginis Aethiopias mancipiis, quae ex mercatorum
familia erant. Singulis secundis manus aperto itineri erat: quippe absque eo
nulla transiendi spes, quam de sarcum arborum rami alius alio implicati & coe-
sentes ut perpetuam iopem obiectreni.

Jam XV, dierum spatium emensis eramus, vix dum dimidia itineris parte & paulo amplius confecta, neque illa earum gentium vestigia comparebant, quibus eae terre ante frequentibus habitari conficiebantur, quam prolixus rebus intererentur. Jamque mercatores, deficiente aeronia, mulam unam ad vesicendum mactare constituerant, quum ecce vesperi sub occasum solis e vertice montis cuiusdam, summa cum omnium voluptate, ingentean fumum evolvi proficimus: dux via Indici alicuius mapalensis signum esse monuit: fibi tamen haud telli nandum videntur: sed secundam noctis vigilam exspectandum esse, quia Barbari nec opinantes & lopiti opprimi possent, quippe (aiebat, opima ratione quoniam dixerat confirmans) si nos evestigio recta ad illos iter capessimus, simulac nos conspicerint, nihil ulterius cogitantes, quam noscere venisse, ut iplos in servitute incendigamus (uti fieri solebarat priusquam ex Hispania Edictum Cæsaris de eorum libertate allatum esset) fuga se prouipiente in syivas: nos vero, unde commicatus in opiam sublevemus, ad peragendum iter non habebimus. Sic dictum, sic factum: arque ut tutius lateremus, digressi e summis jugis usque ad medium montis magnam ibi noctis partem subfutimus. Mox egredi latebris ad mapalia tendimus, quatuor erant, & quidem permodica: quæ ut ingressi sumus & Indi tumultu irrumpentium excitatinos agnoverunt, horribili cum ululatu vociferari incipiunt, Guacci, Ganteo, 1, Id genus quadrupedis est apud eos, quod noctu illic vagari & natio vivere assuevit, Economine Christianos scilicet vocant.

Nos interea ingressi omnes ferè, qui in mapalibus erant, comprehendimus, & ibidem perpetem eam noctem pernoctavimus. Id verò mihi affirmare licet, numquam me talēm planētum vidisse, aut audiisse, qualis ea nocte ab illis, maximè à feminis editus esset. Quium enī pro certo haberent, nos eò venisse, ut omnes in servitutem abduceremus, desperabundos caput Menadum tritu agitantēs cernentes, tum interfē flebiles voces & quellus milcentes: mox capita terra allidere, ferire manib⁹ dentibus etiam, instar ferarum frenudentes mortu⁹ paninos appetere, ad despūere in faciem. Denique, illi furorem eotum cohibussemus, haud dubiè nonnulli sibi vim attrahentes.

T A N D E M luce orta & finitis horrendis illis clamoribus, quam commodissime fieri potuit spiritus eorum mitigavimus, signisque & nutritus docuimus, non aliam ob causam ad eorum mapalia venisse, quam ut alimentis repertis ad alterum mare cum malis perveniremus. Neque vero etiam in polterum illis de servitate esse metuendum, siquidem editio vetuisse Castellæ regem, nec ulterius pro mancipientibus abducerentur. His aliisque multis ejusmodi à nobis auditis recreatis aliquantulum & acquiescere visi sunt, fraudem tamen subesse aliquam semper utiq. suspicentes. Itaq. ab illis pane, piscibus, fructibus & aptugna carne (Apti autem illi Indici, 2, seu agrestes sive umbilicatum in dorso gerunt) donati, vicissim illos cultellis aliquor, & talis paululo, remunerari sumus: quumque in super illis numerosos

aliquot ex eorum specie, quos regales vulgo vocant, dare vellemus, noluerunt accipere, dicentes eos sibi nulli usui fore.

INDO, quum dierum quatuor quiete recreati essemus, abeuntes nos Indus unus ultro comitatus, tamdiu prosequutus est, quondam in rectam viam filterer. Quum ab eo percontati essemus, num quae Indorum præterea mapalia aut pagi in itinere nobis occurrerent. Nulli prorsus, respondit, quippe Guacci, inquit, partim populationibus, partim credibus omnia hæc vasta fecerunt. Hoc edito Indus domum suam repetit, nos octavo demum die maximis cum laboribus Panamam pervenimus.

1. *E A N D E M* esse hanc seram, puto cum ea quam in nova Hispania Tecoani appellat, quam tamen illius provincie indigena usque adeo non exparsa esset, ut noctu ingredientem donos vel aversati, subdique timidius ad ejus conspectum eloquari, quam Tecoani, Tecoani, diligere etiam ex eam familia, quem velut, ad postum finant, felicemque cum existimant, quem illa corripuerit. Optimum autem maxime quemque illa & pinguissum serè pigiuarari consuevit. Id ex Hispano quodam ob in Mexicana provincia Epistola, postea vero ad veram relationem converso, audirem à prestansissimo vero atcepit.

2. *I*dem confirmant, qui in Nova Hispania agrestes suos videre, Idem de Nicaraquensis, ibi apud scribit Gomara Histor. gener. lib. 3. cap. 204. Neque disfates Brasilienses sunt, quos Barbari Tajaou - vocati, de quibus Lerus Navig. Brasil. cap. 10 agit.

PANAM





PANAMENSIS ET VENETI

EMPORII COLLATIO. QVÆ MERCATURA

ab Hispanis in India continentis exerceantur.

Hispanorum cum Ital
duellum..

C A P. VIII.

DI CUNT nonnulli ejus urbis, Panamæ videlicet, emporium & negotia-
tiones penè tantas esse, quæ sunt in clÿta civitatis Venetiârum. Ab-
surdè id adeò, ut ab ipsis scriptoribus illuſtrissimam & magnificam civi-
tatem Venetiam nunquam viam esse existimem: quæ quidem neque opibus, ne-
que imperii maiestate, neque mercatu, neque divitiis, neque iustitia splendore
ulla carum civitatum qualcumque sol ambit, inferior est. Atque haud dubiè de-
cem tantum mercatores Veneti mercibus omnibus quotcunque toto anno Pa-
namam importantur, coemendis, ipsaq; adeò solida etiam civitate, facile suffece-
rint. Porto ne quis me id elevandæ gloriæ Hispanorum dicere ac per invidiam pu-
teti ejus empirii integræ descriptionem, similque Nominis-Dei prodere volo.
Sita est hæc civitas in septentrionalis Oceani littore, vulgo mate Tramontanae
nominitur.

PO RÖ quo tannis ferè quatuordecim aut quindecim naves, maiores & mi-
nores, ex Hispania ad Nomen-Dei commare solent, quarum maxima mille &
octingentiarum amphorarum est. Aliæ aliis onusq; mercibus, quales ferè hæ sunt:
vinum, fatina, panis biscoctus, oleum, panni, sericum, denique aliæ res quascum-
que tum ad usum domesticum, tuñ ad tuendam vitam, ferre solet Hispania. Ae-
non nonnulli usovenit, tantam earum copiam eò importari, ut vel major in ipsa
Hispania non reperiatur. Ipse quidem vidi nonnullos, qui convectas eò merces,
ut olivas, ficas, uvas passas & alia ejusdemmodi, quum nullum earum pretium re-
perirent, pro nculo & vectura Magistro navis relinquerent. Se penumero contra
tantam rerum omnium penuriam ibidem esse accidit, quod naves à commendo
metu Gallorum impedirentur, ut omnia contra auro æstimarentur & venderen-
tur, ut vulgo dici solet.

CETERUM appulis ad Nomen-Dei navibus, Mercatores onera & merces
per flumen Chiaram exiguis litoribus mittunt in locum, cui Crux nostri (is xv.
millibus Panama absit) ibique omnia Hispano cuidam consignant, qui rerum
advectarum custodit pœst, donec à milionibus Panamani devehantur. Atque
inde aliis navibus ad ceterum alterius illius maris oram stantibus, major pars merces in
d 3 Perua-

Peruanam provinciam, atq; in omnes ingentis illius regni civitates Hispanis ho-
die habitatas, dimittunt. Si verò Panama simul & Nominis-Dei civium & inqui-
linorum censum agere numerūmque inire libeat, vel vix, ut quum maximè abund-
arunt multitudo, quatuor millia capitum unquam habuere. Ex quo lectoribus
faciliè colligere est, an merito Panama empori & mercatus amplitudine ditissi-
ma & illustrissimæ civitati Venetiæ æquare se possit.

Sed in his provinciis Hispani repersuntur nonnulli adeo vaniloqui & glos-
tiosi, ut suuinet laudandi nullum finem faciant, ii præsertim qui Italiam viderunt.
Nonnulli dicitant se hanc aut talen arcem expugnasse: se singulare certamine
congrellos ex hoste victo semper decus tulisse. Alii soletia sua atque astu ingen-
tem & celebrem civitatem captam ac direptam fuisse: Unum Hispanum quatuor
Germanis, tribus Gallis, duabus Italis, contrâ valere. Quingenti certè illorum
hand dubie, Venetis depictæ capienda facilimè suffecerint, perinde ut si ea casale
aliquid esset & stipulis aut lignis compactum, viginti quinque aut triginta forte
casas seu mappaia continens, quales ferè sunt maximam partem civitates & colo-
niae ab illis in India & lificatae. Prater hæc plenique eorum ex Hispania transgressi
modo in has Indicæ oras, sed & in alias provincias qualcumque sub imperio
tenent vento timidi jactant se ex stirpe Gotthorum, Gutsmannorum, & Mauri-
corum originem ducere: mox vero ut patuit veritas, deprehenduntur in Hispa-
nia sunt, subulci aut opilioines frisse.

Hic locus admonet, ut Hispani cuiusdam (Montancio nomen erat) insig-
nem historiam referam. Hie, quum paulò ante memorabile ad Ravennam
commisum prælium, Senis, magnifica Hertrix civitate, esset, ac forte in circu-
lum multorum inter se confabulantium, cum nobilium tunc ex plebe homi-
num, incidisset, magnifice superbèque virtutem efferre Hispanorum, ac ceteros
per illis despiciere atque obrerere cepit: inter alias quidem raras eorum dotes,
non alios mortalius rotandi enī peritiamante Hispanos esse. Hęc verbi paulò
arrogantius facta adolescentis quidam Romanus (Julianum vocabant) Patronen-
nēi uibis regione, in medium progreſſus excepit, & si liber, inquit, tibi ē Montan-
celi, singulare certamine & paribus armis necum congregdi, faciam, ut co-
gnoscas nullum extermum militem, nec bello meliotem, nec valentiore in Italo-
cīc. Hoc responsum generofūm & modelē factūm omnes, qui aderant, una vo-
ce approbant.

Convenit inter eos, ut succenturatum sibi quisque militem & socium legeret, & ad certamen solo gladio Hispanico & chlamyde vice clypeo interenter Montaneus socium sibi adlegit juvenem quendam Cordubensem sibi notum, qui gladiatorie artis & tractandi ensis peritissimus erat. Romano non defuit Tirocifia Calstellanus, adoptatus ab eo & amicis invitatus ad participandum Italiconi-
moris decus. Ubi dies dicta aderat, ad praeclarum illud spectaculum rora propè Hetturiam concurrit. Scenensis magistratus liberum certaminis locum concepsit, celeberrimum usibus campuum, et rei aptum, & ad theatri similitudinem factum. Ibi ruitis utrinque animis concursum est, tantisque huic vel illi pars faventum illudis res celebrat, ut publicum decus ita preproperè actemere in privatorum manibus collocaisse propemodum peniteret. Hispani tandem, veterum gladiorum ritu dimitantes, putores defatigati & viatos leflassi sunt, jam decem & septem ingenti-
bus

bus vulneribus tum in facie, tum aliis corporis partibus acceptis, exsangues: quam Italis novem duntaxat imposuerint. Hæc iudicra pugna non lètiantum passim vulgi sermonibus celebrata, sed & docte à Poëtis decantata est, quorum semper in Hertruria magna copia est.

I. FRANCISCVS Pizarus, qui diffusum Peruanum regnum subegit, & Marchio fuit primum proffusus expulsus, ac rurz tandem à patre agnitus, fues puer quondam in Hispania pavit. Abmagri vero, ejus socii, natales adeo obscuri fuere, ut ejus adhuc ignoretur pater. An autem hic Benzo salso rurzatem ementende stirps & nobilitatis in Hispania reprehendat, refutari possunt, qui in regno Siculo & Neapolitano primù advenientes Hispanos videre, cum calceis, aut sculpsioneis è Sparto, reticulato opere consuevū, sentos squalides & planè albi, ut inquit ille, pedibus. Postquam enim degnitatis Italie deliciis & vestiti serico, repente rurzeturceo poculo in alos mutati, se subulcos aut opilioes fuisse oblati sunt, quasfuis
turulis, Dom-Diego & Dom-Fernando vocari
se jubent.

P A N A.





PANAMÆ ET NOMINIS-DEI
HISPANICARUM COLONIARUM SITUS,
Æthiopes fugitiui, Hispanorum negotiaciones
infestant.

CAP. IX.

Panamæ.

Nunc ut Panamam, unde deflexeram, revertar, sita est ea civitatis in planicie permodica ad Australis Oceani oram, mari adeo vicina, ut plenilunis æstus in domos, quæ in eam partem versè sunt, facilime restaret. Ex ferè partim arundinibus, partim materia compacta & propè omnes tegulis concreta, quom ibi essent, centum & viginti numerum non superabant. Commodum & tutum portum habet, sed exiguum: estu affluente, naves portum ingrediuntur: remeante exēunt, levis tamen onus, ne videlicet tenuiori aqua destituta in vadis tereantur. Ceterum ita mare reciprocatur, aquis in suum fretum recurrentibus, ut duorum amplius milliarium spatio paulò ante profundo salo merito æstuarii reddat detegatque, & crebras tantum alluvies & stagna relinquat. Paulò longius naves turæ in anchoris stant, & scapharum ministerio ad merces accipiendas aut exonerandas utuntur.

ILLO autem mari ea ferè Panamam ad velhuntur: Maizium, farinæ nonnihil, quod ex Peruanis provinciis eò deportatur: gallinae & mel. Vaccarum verò, siuum, aut anteriorum malorum, limonum, brasiliacum, ceparum, laetucatum, melonum, aliarumque hortensium herbarum ibi summa copia est. Hæc provincia Panamenis multi: Indicis populis habitari & frequentari quondam solebat, ejusque omnia flumina aureas arenas volvebant: sed omnia ab Hispanis exhausta & consumpta sunt.

E Panama ad Nomen-Dei usque terrestri itinere L. milliarium spatium est. Primo die iter satis facile & commodum reperias: mox verò excipiunt sylva, quæ usque ad Nomen-Dei pertinent. Medio fermè via intervallo flumen intercedit, quod propter multiplices meandros & tortuosos fluxus vix trium horarum spatio trajicitur. Hispanis verò etiam aliquot evenit, ut hyberno tempore deprehensi in medio ejus fluminis alveo, quum repente fuso ingentibus procellis imbre excrevisset, neque illi locum opportunum, quo se reciperent, haberent, aquis haurirentur. Hispanum quendam ipse cognovi, qui in trajectu illius amnis quum jam imbre auctus intumesceret, neque illi quidquam ad trajiciendum supereret præter ultimum euriplum, seu brachium huminis, mulam inequitans, & antro mons-

monilibusque quatuor millium ducatorum preci onustus, prærapida profluens celeritate abreptus est. Fortè tamen quum ad ramum arboris adhæsisset, ipse incolumis ad terram evasit, rebus omnibus armis, & solo thorace vestitus Nomen-Dei venit.

Hæc civitas, portæcta ab ortu in occasum longitudine ad mare posita est, in umbilico ingentis sylvæ: in salubri & pestilentí solo, hyeme præservit, tum ob ingentem calorem & humorem terre, tum ob paludem qua ab occidentali parte cingitur. Ergo colonorū ibi crebra funera: dominus quales Panamæ, quimq[ue] in ea provincia esset, in ea urbe habitabant quindecim aut viginti negotiatores magnatii, qui mercitoniam in solidum vendebant: ceteræ domus & tabernæ populis, aromatariis, nauticis, cauponibus, aliarumque aliquot artium necessiarum opificibus, occupabantur. Omnes mercatores, qui Nomine-dei domum habent, habent etiam Panamæ, ibi q[ui] tam diu commorantur, quoad divites evalerint.

In Septentrionali ejus urbis parte portus est multarum navium capax. E rebus ex Hispania eò translati pestilens illud solum has producit: limones videlicet paucos, aurantia mala, raphanos candæ maris crassitudine, brasicas, laetucas, sed eas perexiguas, perpaucas, nec admodum bonas. Cetera ex Hispaniola, è Cuba, Nicaragua provincia, cōmportantur, Maiorium nempe, Cazabi panis caro salita, porci, barratæ radices: è Panama vacca, quum non ferè aliunde carnis recentis illic copia sit, cetera, utiante dixi, ab Hispania subvehuntur.

No[n] procul Nomine-dei, ad Orientem, sylvas tenent aliquos fugitivorum Æthiopum populi, i, qui multos Hispanos à Præfectis provinciæ in suam perniçiem missos trucidarunt. Illi quum ad ripas fluminum, quæ sylvas illas interfluant mapalia Indis habitata forte reperissent, cum illis foedus atque amicitiam pepigere. Veneno tintis & ipsi sagittis utuntur, multique eorum iter quod Panamam fert obſidentes, quoſcunq[ue] Hispanos capere possunt, omnes barbarum in mortem lacerant & necant. Adhæc quum hyberno tempore propter reflantes ventos lintres, quibus merces per flumen Chiaram devehī solent, ade Crucis stationem tardius ſepe perveniant, mercatores moram pertæsi, terrestri itinere mercitoniam aliquam mittunt: ubi ſi obtigerit (ut ſepe fit) agafones in Æthiopias illos fugitivos incidere, tum illi mercibus omnibus ereptis, Numidas servos, qui mulas agunt, intactos abiit finiunt, ſi ſeſe ipſis adjungere noluerint. Hæc in summa negotiatio eſt, hoc commercium emporij Panamæ & Nominis-Dei.

Ja[m] verò, quum superius alperrimi & levissimi foli Veraguæ provinciæ descriptionem exequi promiserim, reddi commode hoc loco puto: idq[ue] ut judicent Lectores, quantum interſit aliquadē re ex ore & judicio alieno, an propria experientia, differere.

1. ÆTHIOPICOS servos designat, quos Hispani è Nigritarum provincia in Indianas devexere. Ii enim iniquis laboribus & intoleranda Hispanorum servitia oppræſſi, cum in Hispaniola aliisque Insulis, tam in Continente tumultus aduersus Hispanos merent. Nonnulli etiam Barbari juncti in totum Hispanicum jugum excusserunt. Vide supra hujus lib. cap. 1.



VERAGUÆ ASPERRIMÆ PROVINCIAE DESCRIPTIO. DIDACUS

Gottierez Praefectus eam inire audet. Ejus regulos beneficiis
demulcet. A militibus famelicis deferitur;
alios Nomine-Dei accessi
curat.

C A P . X .

N N O Salutis nostræ M D X L . Didacus Gottierez Mantua Carpetanus civis (Madritium vulgo vocant) à Cæsare Carthaginis novæ, provincie dicitur, Gubernator dictus, ex Hispania solvit. Appellatus ad Nomen-Dei, phasculo per emissarium seu alveum lacus Nicaraguam petit ad delectum militum habendum, quibus stipatis provinciam suam iniret, Ejus ora Praefectus erat Rodericus quidam Contreras: ibi propter simulacres inter eos extortas Didacus duos circiter annos tempus frustra terit. Tandem interventus Episcopi reconciliata inter eos amicitia, quum Roderico sermo apud Didacum inflatus esset de ipsius Praefectura, mones horribilem illam regionem propter alpertimas sylvas & inaccessos montes nulla ratione posse subigi: neque equis iter facere posse. Omnes porto duces ac praefectos, qui eam intrare ausi essent, partim fame absuntos, partim ab Indis trucidatos, omnes ferè Hispanos, qui eorum auspicias sequuti essent, destituisse. Itaq; si eo ire sententia ipsi statet, consulere Deo ut c. Hispani stationis ad mare positis ter quartærē in anno per et statem modo in hanc modo in illâ partē populabundi excurrent, prædasq; ageret ex iis populis, quia vero omnes abundaret. Se vero fidem suâ jure jurâdo obligate, si in manubia tum partem veniret, ipsi exercitusque ejus res omnes ad viatum necessarias suppeditarum, qualis in India institui solet. Ad hæc verba Didacus responderet, Enim vero eam provinciam à Cæsare non ea lege sibi attributam, ut eam exinaniret latrociniis, sed ut coloniis impleret: quod si alitis fortuna adversa fuisset, sperare, Deo favente, eam sibi fore propitiari: incepsum quidem omittere non esse sui animi, multo vero etiam minus cum quoquam labores participare aut societatem coire velle.

H:is ita constitutis, iter apparat: Maizium, salem, suillas carnes, mel, gallinas, & alia coemitt: rebusque omnibus satis instructus cum sexaginta Hispanis, duabus myoparonibus Granata solvit, & secundo emissarii lacus alveo per quem venerat

venerat defluens, brevi ad mare pervenit. Inde L. milium spatio oram prætervectus ad orientem. Suere flumine aduerso subiens, provinciam suam ingreditur. Sex millia progressus inde a mari, ad ejus ripam fluminis mapalia aliquot desulata & semiruta prospiciens in terram egreditur, & ut ejus loci ac temporis necessitas ferebat, praesidium & hospitium sibi molitur.

Huc obviam ei progrellsi Indorum reguli, ignobilioris notæ aurum, quod septingentorum ducatorum pretium æquatur, offerunt. Gubernator eos multa cum comitate & benigno vultu excipit: quimque neutri alteros intelligerent, variis nutibus significat, se èò venisse, ut salutis animarum iter rationemque ipsos doceret. Mox illos sphærularum precatoriarum ex vitro linea una seu ferro, crotalis, tintinnabulis, & aliis ejusmodi minutis, muneratur. Inde sciscitando exsiquitur, unde aurum petent: illi longinquis è regionibus sibi petire respondent, si quis inter arenas fluminum ex aspernis montibus decurrentium legi. Hoc & lito responsu dimisi & ad suos reversi, subditorum aliquos interdum cum piscibus, fructibus, carne aprugna fumo durata, ad Gubernatorem mittebant.

IPSE multis jam diebus clapsis, quum propter incommodum anni tempus (hyems enim erat) ulterius progrederi non posset, & Nicaragua subiecti commeatut jam deficerent, ceperit à Cacicis illis petere, ut se Maizio ad dies paucos juvare vellent: se enim propediem ulterius progressurum. Illi, quamquam nihil vehementius cuperent, quum cogitarent non alia re magis Christianos quam alimento penuria & fame è suis finibus ejici posse: amicitiam tamen Gubernatoris sibi cordi esse simulantes, Maizium, sed quam parcissime, ei sumonittebant. At milites, quibus suo arbitrio vesci non licebat, tam anxie & misera vita pertuli, noctu omnes ex compagno fugient, quimque terrestri itinere propter littus ad emissarium lacus Nicarguenis pervenissent, post biduum phælos forte reperitos, qui à Nomen-Dei veniebant, confundunt, & Nicaraguam repetunt.

Molles Adi
Guan Troph.
Guan Aplo.
1585. GUBERNATOR desertus à suis militibus, nec quoquam comitatus præterquam uno suo nepote, quatuor famulis & remige uno cavo in terram facto, defossa ibi vasa salis & mellis plena superaggesta humo obruit. Mox phæsolum condescendens ad mare pervenit. Nicaraguam petendi animo: jämque oram solvebat, quum ecce tribunus Barrientus myoparone uno commeatu virisque onusto invehitur, qui è Nicaragua in ipsius subfidiu veniebat. Hoc novo supplimento auctus Gubernator reltitit: myoparone verò Nomen-Dei petere iubens, ei Alphonsum Pisanum nepotem suum perficit: cui traditis munieribus, qui à Cacis accepérat, mandat, ut quam maximè multis milites conscribar & adducas.

ILLE, ut ad Nomen-Dei pervenit, de cuius provinciæ divitis disperla illico fama viginti septem milites conscribit: qui imq; per eos dies forte in eis urbe essem, eorum unus esse volui, quanquæ ab Hispano quoddam iam profectæ etatis viro ea de re correptus. Is quum Carthaginensem provinciam, S. Martham & altius orę loca permelus quindecim annorum usu calleret, monebat, ne eam ad expeditiōnem ullo modo abduce me sinerem: hec ipsius adeo Praefecti verbis ac pollicitis persuaderi: quippe illis metiri & fallere nihil pensi esse dum res suas agant. Sin malu eundi staret animus, saltem in aliud tempus differre: iactare rebus ipsiis patefacturam iri, quorsum ea incepta evaderet. Apud me, qui tum iuvenis & vivido ingentis animi vigore plenus essem, tum ducasendi cupidus, parum fidei atq; autoritatis ea verba

habuere: itaque proficisci statui. Abimus, & quarto inde die ad ostium Sueris fluminis appellimus. Sed quum mare intumescens subire nos alveum fluvii sine presenti periculo non sineret, retrosum vela dantes Zorobatenenses insulas perlegimus, quas in confiniis Carthaginis novar & Veragua provinciar jacent. Quam verò illa provincia al pera solo sit, hæc multò etiam peior est. Hæ insulae exiguae sunt & desertæ ab Indis, qui in montes ex adverbio in Continentem satis profugerunt.

Ibi propter contrarios ventos (quippe tum mensis erat Junius, iis locis initium hyemis) septuaginta duos dies morati, toto illo tempore via quatuor horas solem conspeximus: cum assiduis frè & maximi imbre, tonitrua, fulgura, aërem adeo perturbarent, ut cœlum ac terras misericordia ructe crederes. Fulgetri radius in myoparonem delapsus, Æthiopem unum & duos Hispanos examinavit, ceteri afflati & attoniti restitire. Prætor myoparone ad continentis litus applicari jussi, tantisper progredi statuit, quo ad loca Indis culta & habitata perveniret, unde alimenta expediri possent. Sed cum totos octo dies per sylvas, paludes & montes adeo præruptos, ut vel solo aspectu viatoribus horrorem incuterent absurdistæ, peractum jam spatiū relegens, terrestri itinerè prout litus ipsum ire instituit. Ea via summis cum laboribus (quum nullo cibo propè vesceremur, præterquam cochleis, & agrestibus pomis, quibus cercopitheci aluntur, assidue in illis sylvis ex arbore in arborem desultantes) tandem nos ad eum locum tulit, ubi era Gubernator.

Vigesimo die postquam eò veneramus, myoparo noster portum subiit: eum Gubernator illico in Nomen-Dei remittit ad plures milites advehendos: nos interea aliquot dierum quiete corpora refecimus. Inter hæc multas testudines inusitatæ magnitudinis cepimus, quarum ingens copia quatuor mensium spatio per ea littora diffusa est: quippe illæ in terram egressæ in arenis parvæ ova, ut crocodili solent: quæ mox vehementi solis calore maturantur. Nos detraicto earum cortice & sublato adipe, quum eo ingentia fictilia vasæ implevissimus, carnis quoque aliquantulum salivimus: sed ea brevi coagulacione impeditur: quum recens quidem saluberrima & esui jucundissima esset.

1. NICARAGUENSIS lacus ab Australi oceanō x. aut xii. tantum passuum milibus distans, in mare Septentrionale, à quo e leucarum fbatio absit, navigabilis ab eo sepe exonerat. Quidam ex voce Hispanica Desaguadero, que Emissarium sonat, fluvium vel solo nomine terribilem, Xaguatorem fecit.

2. NOLQUES a primis infelicitate eam tentavit, de quolibet. 1. Philippus Gutierrez Mardicensis, quum eam provinciam cum quadrigenitis amplius milibus missus, anno 1536. omnes partim famæ partim crenatus herbarum succi, consumitos amisi. In quibus agri & se miruimus duo a sociis famæ in rabiem versi, mortali & comestri sunt. Anno 1546. Christopherus Pega a Lodouco Columbus Almarante, ad deducendas colonias eodem missus, mililo mutiores exitum habuit. Itaque Hispani eam provinciam ut infastinare & indomitam reliquerunt. Gomar. Hispaniar. gen. lib. 2.
capite 16.



DIET-GOTTIEREZ
REGULOS SUERENSIS PROVINCIAE

primò verbis delinit, mox vinculis onerat, & aurum
ab iis extorquere nititur. Cacicus unus
custodia clabitur.

64 P. X.

Vo primū die portum ingressi sumus, Gubernator benignè me
mentis suz adhibuit: quūmque summa cum voluptate mecum con-
fabularetur, maxima pars ipsius sermonum de auro & argento erat
rum de bellis ac cladibus, quibus misera Italia arrita fuerat, ac Mediolanensis ci-
vitas maximè: sed quin deprehendisset me hanc fatis libertethæc audire, ex
eome abhorruit, ut conspectum meum ferre non posset. Ceterum his, quæ ante
dixi propositis, Gubernator inde solvens cum omnibus militibus phasculo suo, &
quatuor Indicis liratribus adverso flumine subiectus, circiter xxx. millia procul
a portu, brevi in Sueri fluminis fines progressus est. Hospitium ei præbuit casæ,
quam ejus provincia Regulus amicitati dicaverat, quum piscatur ad flumen
ventitaret. Hæc casæ ovi figuram referens, longitudinem XL. passus patebat,
circumplexa arundinibus & palmarum foliis contexta, quæ singulari opere no-
dis in semetipso implicatis intexta erant. Erant & ibi mapalia, verum haud sanc-
tæ vilioribus vulgatisque abhorrentia. Gubernator hunc locum civitatem S. Fran-
cisci nominat, quod eo die fortè illò appulisset.

Mox ei obviam venere Suerz & Chiappa Cacicus, aliquique minores reguli, & fructus tantum nonnullos ei obtulerunt. Ipse comiter eos excipit, multum tamen demiratus, quod nihil auri attulissent: ac per interpretem Hispanum, qui cum Indis aliquamdiu versatus erat, & eorum linguam mediocriter didicerat, significat se eō venisse, ut rem summat ipsi consolationi futuram aperiret. Potro quum prandii horra adcesset, eosque vesci secum vellet, mense adhibentur cum facerdote & interprete. Sed quum ibi nihil appositum esset praeter gallinas & suillam salitam, neque Indorum regulis si cibis fatis gratius esset, parcē admodum comederunt: ac plerique eorum cibaria, ut adposita erant, servis suis humi recubantibus porrigitas aspernari: quæ mox & ipsi per ludibrium objiciebant canibus.

PRAEACTO convivio, Gubernator sermonem de fidei rebus injiciens, in hunc serè modum exorsus est: In has terras veltras, fratres & amici mihi carissimi, verū, ut Idolatriam expellerem, qua ad hoc usque tempus blandis Dæmoni-

num illecebris vincit ac constrikti fuitis. Deinde ut verum & ad salutem animalium vestiarum ferens iter perspicue vobis exponerem. Nempe Iesum Christum Dei Filium descendisse e cœlis in terras, ut genus humanum redimeret. Neque aliam ob causam equidem facerdos hic mecum usque ab Hispania profectus est, nisi ut vox Christianæ religionis rudimentis imbuferet. Quamobrem ut Divinae legis obsequium, & Caroli Quinti Cæsariss, Hispaniarum Regin, ac totius orbis Monarchæ, imperium subeat, animos & studia parate. Indici Reguli hac oratione auditæ, ne verbum quidem respondere, sed demittere caput, quasi ad omnia tacite se assentiri annuerent. Ita e mensa consurgententes, domos quisq; suas retinunt.

*His foliis
per illas
pervenerat*

SEQVENTI die Gubernator Hispanum unum duobus stipatum Indis mittit ad duos Cacicos, qui in adversa fluminis ripa manebant, utillico fide ipsius fratri, si ne illa formidine ad se venirent. Ut illi, quanquam ægræ, venerant, Gubernator in cellam penariam intromiillos, catena quemque propria onerat: mox in cubiculum deductos ad lectum suum properè alligari jubet: ubi humo substratis foliis cubile, ligneo trunco pulvini usum præbente, ut ipsis mos est, somnum caperent. His duo Cacici, illi ipsi erant, qui quo tempore primum Gubernator provinciam inierat, septingentos ducatos aureos ipsi obtulerant, uti superius diximus. Inde ab illis laetitando exsequitur, ubi escent ea salis & mellis vase, quæ ad mare descendens defossa reliquerat. Quippe quum miseret, qui quererent, vacuum locum repererat. Illi senescite respondent, neque iis certe indigere, quibus ipsi abundarent. Sed Gubernator hoc responso nequaquam acquiescere, immo utrique minarim alium, ni proflus ipsi satisfacerent. Itaque junior (Camachiren vocabant) ei amplius duo millia ducatorum, nempe auri massas, quamquam ignobilioris nota, in formam suum, tigrum, piscium, avium, & aliorum animalium elaboratas dedit.

*Gubernator
ad ipsos*

GUBERNATOR parvam auri copiam: cernens præ ea quam spæ ac cupiditate præterperat, ingentem ignem accendi jubet, adducioq; in conspectum solo Camachire, grandem cistam ante pedes ponit. Mox illi sevè interminatus, ni quatuor in tra dies tantum auri adferret, quantum sexies splendore ciste sufficeret, forte, ut igni cremaretur: à misero illo regulo, oblato præ fentis mortis metu, promissum extorquet. Is ergo, quum id se factura in receperit, servos suos ad comparandum præsum dimittit. Ceterum per omnem Indiam indigenis bis tervæ in die ab illi aqua mos est, quem morem, quum quotidie servaret Regulus captivus, forte accidit, ut Gubernatoris famulus, cui deducunt illius ad humen lotum cura incumbebat, domum reductum non satis fideli custodia includeret: itaque noctu, quæ eum sequitæ est, evadit. Hinc Gubernator doloris vchementia ægritudinem contrahit, & quoties cistam illam videbat, dicere consueverat, vice auti, quod sperarat, iterore implendum & percacandum esse.

*Cacici
Sueræ & Chiuppe*

ALII Cacici Sueræ & Chiuppe, quum Captivos socios ita male accipi à Gubernatore intelligent mapalibus ignem injicunt, frugiferas arbores fruticesq; cedunt, fruges & grana e campis in tutu loca deferunt, & vastatis agris, ut hosti solitudinem facerent, in montes perfugunt.

In hoc rerum statu Gubernator, et si morbo aliquantum impediretur, nihil tamen propterea intermittere, quo minus alterum Cacicū, qui adhuc in vinculis su-

lis supererat flagitando urgetet, dictitans se ab illo certam auri summam exspectare. Sed quamvis illum diu multumque omnibus machinis oppugnasset, minareturque sanguinem suum occisum, ni ab eo aurum aciperet, Cacicus tamen cum sibi aurum non esse affirmasset, in eo ad extremum ulque constantem perseveravit. Tandem Gubernator ira incensus, nisi aurum adfert sibi mature procuraret, raptari se illum & canibus objici iussurum, aperte denunciat. Adhuc Cacicus intrepidè, Mirari se, ait, Gubernatorem adeo vaniloquum & mendacem, quando toties cedemus minatus, reipsa nondum patrasset. Sibi quidem mori optabilius esse, quam ita in vinculis anxiam vitam ti ahere. Se fidei ejus credentem, ultro in potestatem ejus venisse, cum ab eo comiterse acceptum iri, nihil verò minus, quam ita fcedē cruciari, speraret. Ad ultimum addidit, le non posse imaginari, quot genus hominum Christiani isti essent, qui tot ac tam nefanda scelera per omnia quæcunque adiissent loca ederent, mirari se, quomodo tellus adeo patienter tam immanes bellugas atere & ferre sustineret. His verbis Gubernator perculsus & abingenti iracundia defixus in silentium, nihil respondit, nisi Jure captum illum à se custodia attineri, ut, sublato sale & melle, furti compertum.

D I D-





DID GOTIERREZ REBUS
PARUM EX VOTO FLUENTIBUS,
paulatim contabescit. A Barbaris interficitur.
Indis equitatus formidabilis.

CAP. XII.

NTER has rerum vices Gubernator sex Indos scapham ad mare miserat ad quandam suum clientem, ut ab eo balistas, clypeos, aliasque sarcinas acceptas advehherent. Illi rebus omnibus acceptis & scapha impositis, cursum avertunt, neque postea aut visi, aut de iis nuncius ullus ad Gubernatorem allatus est. Ipse scapha amissa, Cacieis fuga creptis myoparone non remcante, quum etiam penuria comincatus major pars militum fugam spectaret, anxius meroe & tristitia contabescerat. Postremo quum nihil jam melioris spei aut remedii supereret, velut amens & consiliis innops in mediterranea progredi statuit. Itaque quum militibus iter pronunciari jussisse, & quicquid frugum supererat, quod exiguum erat, inter omnes divisisset, infirmos & aegros ad mare dimisit, ac cum iis unum ex domesticis suis, qui Alphonsum Pisanium moneret, ut simulac ad portum myoparone applicuisse, ipsum sequi maturaret. Se vero, ut ille praewentem vestigis consecutari posset, crucibus per intervalla dispositis itinera signaturum.

JAM vero omnibus ad expeditionem accinctis, CacicuS ubi intellexit se cum aliis suis Indis & impedimentorum parte à Gubernatore abduci onustum ludibriu atque ostentui: tantum ex care meroe animo accepit, ut puerile in modum crebros gemitus & planctus ederet. Tandem à Gubernatore precium pro libertate paciscaens, si solveretur, intra quadrivium magnam aut copiam pollicetur. Gubernator ei libenter vincula eximeret, nisi à familiaribus quibusdam prohibitus esset: quum illi dicerent eum ab Indo deludi & pollicitationibus vanis latari, ac si quatuor præterea dies discessum differret commeatus ad iter defore. Semper illi fore sui redimenti copiam, in praesentia vero prestatare expeditos milites, hac ipsa nocte ad diripiendum ejus populum mittere, quam promissorum ejus fidem operiri. quippe ita & alimenta exercitu provisurum, & Indica mancipia ministeriis apta capturum. Id consilium Gubernatori displicuit, metuentes videlicet, ne Hispani, si quos mitteret, eo deserto aufugerent.

EIGO iter ingredimur, vixque è tabernaculis egredi eramus, quum praesagiens ego, quid nobis tandem fieret, Hispanum quandam his verbis affatus sum:

Nos

Nos ad lanienam proficisci mus. Ille vero mihi respondens: Tu, inquit, unus eorum, qui volebamus isti vel in loco Principatum unum acquirere. Quum quinque autem lex dierum iter emensi per sylvas & montes essemus, nullo humani cultus vestigio nec rugurio reperto: atq[ue] inter ceteros montem unum superassemus xv. milliaria passuum admodum in altitudinem, in descensu abruptum, adeo iniquis & arrectis saxis, ut virgulta & radices arborum circa eminentes sepe retinere necessaretur, ne fallente instabili gradu in praeceps devolveremur: tandem ad gentem amnem pervenimus, & ad ejus ripam calas aliquot desertas invenimus, quas venatoribus hospitium praebere confluivisse, repertis intus ossibus & capitis cervorum, tigrium, aliorumque animalium, conjectimus. Ibi Gubernator biduum moratus, ac reperta magna copia eorum fructuum, quos vulgo Mamei vocant, & propter exiguum flumen multis ejuscemodi radicibus, quales sunt in Hispaniola ex, ex quibus conficitur secundarius ille panis, quem Casabi vocant: optimi ramen illis saporis, & quæ sub prunis incoctæ stomachum non ledent, his, inquam, alimentis repertis strenue famam expulimus.

Indi de mari
marina maris
quales sunt
prosternunt
litteras
ULTERIUS progressi, post triduum in bivium incidimus: quumque Gubernator in eo viarum divortio hareret, utram eligeret dubius, Indum unum ex iis, quos secum captivos ducebat, interrogat. Ultra certius rectiusque ad aliquem Indorum pagum ferret. Is quum se nescire respondisset, Gubernator eum ab Æthiopicis suis mancipiis abstrahi ad capitale supplicium juberet. Illi eum, ut erat imperatur jugulare, dicendo, Malos homines hunc in modum tractari. Quum idem à Cacico percontatus esset dixissetque & ille se nesciret: ab Æthiopicibus corripi hominem, & alterius exemplo interfici juberet. Ille ubi eos tendere ad se videt, deposito quod ferebat onere, caput mirabiliter eum tolerantia ad mortem inclinat. Barbari hominis constantia vietus Gubernator, pessam ei se remittere & vitam concedere, dixit.

Eo loco tres Hispani fame adeo debilitati, ut stare non possent, relieti: postea ab Indis trucidati sunt. Sub ejus diei vespera Gubernator animadverso nobis nihil ad descendendum superesse, quum eorum alimentorum, quæ ipse reliqua haberet, nihil cuiquam impertiri vellet, canes macari & inter omnes dividi juberet. Ego tamen partem meam paulo post alteri dedi, quod ex illis carnis vermes effervescent. Inde Gubernatorem adiutori, sperans fore, ut aliquid ab eo obtinerem, sed ille le me ad radices arborum delegans, iis me vesci jussit. Itaque Hispanus quidam eò responsu cum aliis audito, Domine Gubernator, inquit, quando prosperet & adversa fortuna sortem nobiscum subire non vis, solus bellum gerito. His verbis Gubernator, simul tribunorum precibus permotus, et si male libenter, casei trilobrem quadram in triginta quatuor partes dissecatam inter omnes distribuit: ita vesperam illam ut cuncte transfigimus.

Migrari nulli
in liberis viis
ADDEM illa nocte Gubernator coquo suo mandaverat, ut frustum unum bona spissata suilla carnis coqueret: quumque excubiarum agendarum circa gallicinium mecum vices essent, illas forte præteriens, ad ignem accedo. ubique dormientes omnes & sumpitos offendissem, arreptum confessim lignum cultello excacio, demersumque in ollam veruculum illud ligneum in suillam desigo: extraho, & in peram meam recondo. Mox ad stationem meam & vigilias revertor, multo letior, quam si in ingentem aliquem thesaurum incidissem. Gubernator ut rescivit, quantquam

admodum iratus, nihil tamen gravius eloquutus est, quam scilicet id tempus esse
olla sine custodia relinquentia: ego vero valedicens radicibus arborum, suillam
comedi, et si paulo falsior esset.

BEDUO inde quum ad sylvam quandam pervenissimus, in ipso ingressu Indorum
repente conspicimus ponere arborem stantem. Speculatoris erat, qui simul ut
nos animadvertisit, mirabilis pedum perniciitate cervum aquans, ad provinciam Regulum
adventum nostrum significatum abiit. Itaque sequentis dies summo mane
Indorum agmen repente in nos ingruit.

*Differunt
Dabo certe
stum primum.*
Fortè Gubernatoria illa horatatura requisitis parens, ab ea parte erat qua ho-
stes advenire: itaque primus ab illis interfectus est. Illi factio ulterius gradu, hor-
rendis cum clamoribus, terribili strepitu buccinis & tympanis excitato, omnes
purpureo & nigro distincti corpora, pennisque coruscantibus insignes, & monili-
bus ac torquis colla circumdati (qui mos bella ineuntibus Indis est) tumultuo-
se in nos etrumpunt.

Ego quum ensim & clypeum arripere vellem, ad galeam cuiusdam com-
militonis mei offendi, quam sub foliis latenter ille accipere non meminerat: eam
cau ita repetram capiti meo impono: atque ejus quidem praesidio, per Dei gra-
tiam, illius prælia discrimini crepus sum.

*pacem de
Rigore de
dura.*
Quum enim nos Indi lapidum nimbo obtruerent, eam galeam crebris iacti-
bus adeo signarunt, ut fabrili malleo contusam diceres. Quum utrinque semi-
quadrantis horæ spatio aequo ferè marce pugnatum esset, tandem multis interfec-
tis Indis, ceteri terga vertere.

Sed quum recentes alii subficio fessis venirent, novus de integro labor nobis
objicit: & nostrum magna pars inedia magis, quam prælii labore confecti, fure-
tiūq[ue] hostium tantæ multitudini impares, brevi axis sudibusq[ue] maestati, & pal-
meis contus in utrumque latus transverbateri sunt.

Ipse quum Tribuni nostri lateri hærens, eum saxo percussum extra sylvam &
moribundum ad terram collabentem vidisse, iam solus post arborem delitul.
Ibi quum recenti clade confusus & consili plane inops itarem, duo Hispani cruo-
re oppleti ad me veniunt, &, Quid hic facis Mediolane, ajunt: quando nostri
ostines occubuerunt, quin iter, quā venimus, retexentes vita nostra consulimus?
Progeditor ipse & alii, ac per medium viginti quinque amplius Indorum agmen
etrumpimus. Omnes ii Reguli aut primores erant, quibus lancea tantum in manu
erat, amictus nodo ex humeris dependens: corpora, ut exteris, nullis coloribus
picta. Eorum unus relum mihi in guttur adigit: led irrito iactu ob thoracem bom-
byces suffulsum, quo indutus eram. Tandem evadimus, nec procul inde in vertice
montis facerdotem nostrum reprimus, qui eò cum duobus militibus sub ini-
tium pugnae aufugerat.

*qui Rigore
et ceteris
expeditum.*
DUABUS inde post horis Alphonsum Pisanium tribunum militum obvium
habemus, qui cum viginti quatuor Hispanis Gubernatorem vestigiis perseque-
batur. Inter haec amplius centum Indi nec opinantibus nobis superveniunt, gla-
diis, clypeis & balistis, quas nostris eripuerant, armati: circumfusisq[ue] saltando &
tripudiando ex iis nonnulli Hispanica lingua clamabant, Accipe autem, Christia-
ne, accipe aurum. Ubi tamen eos haud spernendo numero esse viderunt, terga
vertente

eum locum deducuros, unde aurum magna copia sumeret. Jam duodecim diērum iter peregerant, nec ullum auri vestigium aut indicium exstebat. Itaque elusus Gubernator & multūm indignatus, truncatos manib⁹ dimitit.

H a u d ita multō pōlt, quāt⁹ unus ex principib⁹ ejus provinciæ regulus ad Gubernatorem visendū venisset, munera ei Plittacos duos & cristas pennatas afferens, sciscitatus ex eo est, quis eset, unde domo, quidve quāt⁹ venisset in eas terras tot ac tam foeda facinora perpetravit. Gubernator per interpretem responderit, id quod ferē alii omnes duces & Praefecti, Se Christianū esse, Filium Dei creatoris cœli & terræ venisse cō, ut divinę ipsius legis notitia easgentes imbueret. Ad hanc regulus: Si Deus tuus (inquit) juber, ut alienas terras latrocinando, utēdo, trucidando, nec ullum sceletis gēsus p̄t̄ermittendo, perambules, tibi maturè denunciamus, si et non posse, ut vel ei vel ipsius legi credamus. Hoc responso tepercussus Gubernator abiit, & modō in hanc modō in eam partem errans, ipse ditissim⁹ aliéujus fodinæ reperiendæ omissa condendæ colonia cura, quinque decim⁹ anno sanguinī profluvio perit. Ita miserrim patiter & auti litum amisi, & quicquid ē regia Atabalipa Peruani principis gaza manubiatum collegerat.

P A M P H I L U S Narvaez cū sexcentis Hispanis ad Fluvium Palmariū teh-dens (qui in eadem Floridae ora, certum millibus pāliuum septentrionalior Panuco est) cum dimidiaparte exercitus in littus ignotum egrilius: postquam alio se appulsum, periti alicujus naucleri penuria, quām quō sperabat, intellexit, ne queibi ullum auri specimen invenit: Coloniam instaurare neglexit. Inter ea quā ad vestigandum fluvium Palmariū naves & alterari militum partem misisset, ingenti infortunio iecit est. Naves tempestate ad prominentia littorum elise: Hispani prop̄ omnes, hausti fluctibus: pauci aliquot ejecti in littus, aliquot annos pereasoras littabundi oberrarunt. Ad extrellum 3, duodecim ex iis fame in rabiem versi, alii alios mortuū dilacerarunt. Denique ē sexcentis illis Hispanis, quos duxerat, vix decem reduces annotati sunt. Illi cum Mexicum pervenissent, publicē dicebant se in egrorum tantū ora insufflantes, plurimos sariaſſe, & quod triaūs, 4, tres mortuos revocasse ad vitam. Sed mihi, quāfō, ignoscat eorum sanctitas: ego facilius crediderim necatos ab illis quatuor vivos, quām vel dimidium mortuum suscitatum.

J a m quid dicemus de Ferdinandō Cortesio: qui quāt⁹ novam Hispaniam subigeret, ubi Mexicanum regis ipsius spoile ac voluntate ingressus est: atque inde frangendis Pamphili Narvaez contibus obviam ire necesse habet (qui cūt⁹ nongentis Hispanis ad Verat-crucis coloniam appulerat: Didaci Velasquis Cibae insule praefecti missu & mandato, ut eum opprimere velex pelleretē provincia, quod Velasqui rerum à se ipsius auspiciis gelatarum & nuper inventa orationem nō reddidisset, ut legatum par erat à summo Praefecto ad eam ipsam tem fulciendam missum) quāt⁹, inquam, ipsum Cortesiu[m] Pamphilo adventanti occurrere oportet, Mexico egradiens Petro Alvarado tribuno militari ducentis & quinquaginta Hispanis præsidium civitatis & collectarum mānubiarum custodiā commitit.

Q u u m fōttē incidisset, ut plures Indi & plebeii permisisti nobiles, festo quodam ipsi die, canentes carmina cum tripudiis & solenni saltatu per urbem irerent, accurrunt ad pompe celebris spectaculum Hispani. Ibi simulac auro & variis mo-

Intra a cōgl
lūgōne ill
Mysticū
fōlūm ill
dōcēm.

Pamp. Reli
vora, exposita
in ad fōrū
Palmariū.

Ajedrez mult
Ano 2. Otoño
de 1600
nōmbr.

Pamphili
pottia in
San Bernardo
in Tarragona

nilibus fulgentes cives conspicari sunt, vieti effrenati avaritia milites, vietus & ipse Alvaradus, pudore omni pessundato, hostili rabie in pomparam irruunt & turbam inermem promiscuecedentes, multis vulneratis, multis interfectis, omnes omnibus illis ornamentis spoliant. Sed mox ab Indis tam indigno facinore ad rebellionem & ultionem accensis, maxima pars eorum Hispanorum exsa est.

Hic parum latus nuncius ad Cortesium allatus, cum debellato Pamphilo, Mexicanum properè reverti coegerit: unde brevi, non sine maxima Hispanorum clade, ab Indis ejectus est. Illi postquam Montezumam Regem ipsum suum, qui Cortesi partes fovebat, lapide graviter iecutum interfecissent, Regem alium nomine Qualtimoc creant. Cortesius postea multis exhaustis laboribus, multisque subactis populis, novo Hispanorum subsidio auctus, & in gens Indorum agmen secum trahens, Mexicanum obsidione cingit, & tertio demum mense urbe potuit. Eminebat inter cetera, summa militum alacritas, pro certo habentium se in gentibus thesauris diutinam aurum famam abunde expleturos. Sed hiantes eorum cupiditates Barbari elusere. Illi enim omne aurum argentumque ex publico privatique collatum, desperata urbis tutela, in lacum, in quo urbs sita est, procererant.

Itaque Hispani spe irrita confusi & frendentes, plerosque civium ita in rabiem versa, torquere crudeliter incipiunt, subinde querentes ubinam aurum esset. Sed illos, non verbera, non ignes (quamquam multi inter dolores expirarent, aut disolutis membris mutilarentur) pervicere, quin constanter se scire negarent.

CORTESIUS ipse, nihil auri argenteum ac ceteratum rerum, quas uniuersitatem reliquerat, comparere vehementer miratus: necipiam adeò regiani Montezumae gazam, quam ingentem esse fama tulerat, nec qua ad ornatum: temporum & cultum deorum dictata fulserant: postquam ea tibi essent, nulla via primi plebeis nobilibus indigenatum posse compert: Regem ipsum & Regum scribam corripi ratusque impares dolori aliquid de thesauris cereis fallitro-mentis subjici juber. Sed illi quoque tortorum manus constantia fatigatus, sic quicquam ab iis extorqueri potuit: donec ipse scriba, quum lento ignem burretur Christianorum levitatem increpans, miserabili cum gemitu sex ultra horas vitam inter cruciatus finiret.

CORTESIUS quum regem quoque ipsum obstinato animo & supetante patientia dolores mortem potius appetitum quam quidquam prodicendum cerneret, tormenta removens iussit. Verum haud ita multò post, quum catenis onussum per varias provincias aliquamdiu, velut ad spectaculum circumduxisset, ei laqueo gulam frangi iussit. Proditum fama est indicio Indi cuiusdam atque accusatum, clam sollicitasse Regulos quosdam ut manu facta Cortesium & Hispanos omnes nec opinantes trucidarent. Tradunt ali Cortesium, ut se ejus culpendi sollicitudine liberaret, iussisse interimi: cumq[ue] sapud Cortesium tanti criminis argueretur, ille reum Iesu Regis majestatis videri eum dixit & iudicavit, quod siuos ad cædem ipsius atque Hispanorum clanculum concrivisset. De tormentis vero sic apud eum exculavit, id nimisrum a se præter morem ac naturam suam, Questorum regiorum postulatu factum, quod intellectus est ei cognitum esse, ubi Montezumz gaza allervaretur. Et Questor ipse Regius, qui aderat, adiecit. Id non a se alio confitum, quam ut Regia vecigalia augeret.

No s inde intolerandis cum laboribus & periculis vix tandem ad mare erexitur: duo illi Hispani, qui mecum prælio excederant, quum propter vulnera via laborem ferre non possent, cessi ad radices montis cuiusdam sublittere. Venere postea duo adolescentes, qui in iis sylvis, ubi prælium commissum fuerat, tandem delituerant, donec Indi abiissent.

Egressi referabant se rei præsentis intuitu comperisse, Indos caput, pedes & manus Gubernatoris truncatas, simulque duorum Aethiopum, extulisse, ceteros spoliatos nudatosque in præter fabens illa fluentum abiecisse: atque omnes manubias & spolia legisse præter saporem & oleum. E nostris xxxiv. Hispani & duo Aethiopes cecidere, sex tantum superfuiimus: ex hostibus multò plures casi sunt.

Quatuor fermè millia Indorum erant in acie, quantum estimari potuit: ignavi tamen illi & timidi adeo, ut si quatuor tantum equos habuissent, numquam nos illi aggredi ausi essent. Indi enim ferociissimum illud animal vehementius formidant, quam omnia Hispanorum arma: neque illud occultum habent, immo palam dicunt, non Christianorum virtute, non armis, tormentis, hastis, gladiis aut ballistis, se viatos & subactos esse, sed equorum ferocia & furore perterritos. Idque adeo experientia ipsa & præsens rerum effectus docet. Quæcumque enim loca pedestres adiere Hispani, quo equi penetrare non potuerunt, in iis semper ab Indis vieti sunt.

In Mexico quidem, cum primum ea provincia ab Hispanis tentata est, hominem equo insidentem unicum & indiscretum animal esse Indi vulgo credebant.

i. In dīs Occidēnsque adeo formidabiles sunt equi, ut & molossi, quum uidelicet meauant, ne ab illis varentur, mille eorum pedes à tribus equitibus in singam revertantur. Relat. Num. Guzman, occupatam à Ferdinandō Cortezio Mexicanam provinciam, Barbari quum præterentes illac Hispanos equites horribiliter exciperent, non maximam cur audis eorum equi diligentiam studiunq[ue], admibebant. Primum enim, in genti hydria plena aquæ equo adponita, nos vulgari pabulo, sed Marzo eam viridi tam siccō implebant præsepe: mos equi multa herba canistrato, rosas desuper & alias flores spargebant: idque non tam benevolentia quam metu, quem iam inde ab initio conceperant, quum à Cortezio domini jugum accipere coacti fuerant: cuius res ipsi principiam causam equis magis quam Hispanis tribuerent.



HISPANI QVO CONSILIO EXPEDITIONES IN INDIAM SUSCEPERINT.

Ferdinandi Sotti & Pamphili Narvaez infausta expeditiones,

Ferdinandi Cortessi in Mexicanos levitatem
& perfidia.

C A P . XIII.

Sicut ex iis, quæ diximus, colligere possunt Lectores, quod animo confidiove Indicas eas gentes subactas Hispani sub imperium egerint. Etsi enim ferè in historiis, quas edidere, virtutes suas laudibus in cœlum ferant, scribantque se assidue in illis terris pro Christiana fide pugnasse res tamen ipsa perspicue demonstrat, eos, in illis maximè provinciis, sola avaritia incensos tot expeditiones & bella suscepisse. Id verum esse argumento est Praeceptorum & Gubernatorum, qui eo traherunt, varietas. Ubi cunque enim aurum & opes non invenere, ibi morari noluerunt. Ejus rei exempla aliquot affectam.

*Act. Sotii
modicam
famam.*

PRIMUM Antonius Sedegnus sinum Partensem investitus cum amplius septingentis Hispanis, & auri famam sequutus, postquam diversas provincias per triennium per vagatus, divitias pro specie cupiditate sua non reperit, ibi habitare noluit. Ad extremum adversa valetudine correptus brevi desperatione magis, quam mortbo extinctus est: & ex tanto militum numero, quos secum circumducerat quinquaginta quinque tantum ad sinum regredi sunt.

*Ferd. Sotii
Partenae
politis.*

FERDINANDUS Sotius cum quingentis Hispanis in r. Floridam cum imperio & Gubernatoris titulo missus est. Hæc provincia à Johanne Pontio Legionensi primum inventa erat: cōque nomine ab eo insignita, quod è Resurrectionis die appulisset, quem vulgo Paſcha floridum appellant. At Sotius simul ut provinciam attigit, per varia loca discurrere, & incertis vagari sedibus, qui pro certo haberet se irigentes gazas & thesauros reperturū. Ita oberranti quum aliquot Indi aureis bullis redimuti occurrissent, sciscitatusq; esset, unde aurū lumerent: responderunt se ex longinquis regionibus petere. Ille ratus eos ita dicere, ut eum finibus suis arcerent, jam satis gñaros quid Christiani per eas oras quæ situm irent: cruciare aliquos cœpir, & tormentis fateti subigere ubiā aurariæ essent. Inter alia levitatem exempla ab eo edita hoc unum insigne est. Quindecim Cacicos captos jam in potestate habebat, nisi locum, unde aurum sumberent, indicarent, minatur se omnes crematurum: miseri illi metu mortis oblato consternati, securi de facilitate credentis: nec quid dicerent satis scientes, promittunt se intra octiduum in eum

Ja mi utrum hæc, quæ nunc edidi, & innumera ejusmodi alia, quæ à me proferti possunt, sint hominum pro fide Christiana pugnantium officia & facinora, annon, nemo adeo hebes est, qui facilime judicet.

1. FLORIDA cum primis invenit *Johannes Pontius Legionensis*, et quæ hoc nomine insigilum fecit. De ea, ne expeditione unde infra in nostro de Galloru in Floridam navigationes libello cap. i.

2. *Pampulas Narvaez* si est, quem *Didacus Velasquez*, Cuba presestit, cum nongenitæ circiter Hispanus in novam Hispaniam misit, ut inde Cortesium vel vivum vel mortuum expellerent. Anno M D X X. Sed ut provinciaem attigit, fallacibus verbis à Cortesio circumvenitus, & pester ipsam in Cempoala urbe captus: dum resisteret ac se manu defunderet, alterum oculum, & max exercitum amisi. Dum in custodia habuitur, ac tandem liberatus, anno 1527. ad Fluvii Palmariam provinciam expeditionem inficitur, infelici exitu.

3. Forte in ea ora adeo fœda tempestas & intoleranda cum frigori inciderat, ut Iude, quibus Hispani ad radices eternandas & pœnaldum uectabantur cibaria expedire non posset. Itaque Hispani fame ad tantas angustias redigi, ut quinque eorum in Xano ejus ore littore, consumitis amorphis elementis aliis alias mandarent. Neque ex iis illis, præter unum superfluit, quum non haberet, à quo mandaretur. *Digni* & *inscriptoribus*, quoniam nomina proderentur: *Sicra*, *Didacne Lopez*, *Gonzallus Ruiz*, *Coral* & *Palacio*: quoniamque ut tam horrendum nefas premit *Gomara* suo more, ab ipsis Indis cometos scripsit. Eo quadam adeo conturbatos offensosque ipsis Barbaros suffi consitas, ut si id mature cognovissent quotquot ibi erant Hispanorū & cedam exercitabile facinus expiatori fuerint. Relat. *Alvaro Nunez*.

4. Id scribit de *Seipso Alvaro Nunez* in sua Relatiose: Indum videlicet quendam, quen multa signa ferre mortuum esse constaret, & se & sociis suscitatum. Penes autem fidem esto.

5. *Didacus Velasquez*, Cuba Gubernator, Ferdinandum Cortesium ad novam Hispaniam, à Grimaldia nepote suo nuper reportam, occupandam miserat. Cortesius, jam continenti parte subacta, muneri sibi committi Velasquierationem redire neglexit: sed rectâ ad Casarem Relationem seu Commentarium provincie reperte & rerum ab se gestarum cum multis & precisis numeribus misit. Id ubi renunciaturum Velasqui, Cortesio perduellionis damnato, magistratum abrogat, & Narvaez ad eius provinciam expellendum mittit.

O V A



OVA CROCODILORUM EDULIA. IGUANÆ LACERTARUM GENUS.

Manati pisces. Suerensium mores. Animal gemino utero
in signe Vespertilionum dirum
genus.

C A P . X I V .

Tamen pro-
resent. Ova Croco-
dilorum. Ipsorum de-
pictio- ARTHAGINEM novam redeo, unde in hæc oratio diverterat. Postquam ad mare, eò quo suprà dixi modo, pervenimus, ibi nos aliquot dies adverla tempestas & tumidum mare detinuit. Sed dum ibi moramus, parva res, sed jucunda auditu, mihi cum milite quodam intercessit. Ille canem tortè ad mare relictum, quum Gubernatorem in mediterranea progredientem sequeretur, inedia subactus maestaverat: quicumque ejus partem igni torruisset, me ad prandium invitavit, quod ipsi de quadra casei (quam ab Alfonso Pisano tribun, militum emeram) desectam particulam liberaliter paulò ante elargitus eram. Sed quum accubuisse cōquere cibo ita jucundè vescerer, ut nihil unquam suavius edisse viderer in vita, ille repente quæ ante me posita erant tollere & dicere, Frater mi, tu nimium comedis: ego veculus sum & infirmus, tu juvenis & ætate integra. Abi hinc fodes: oh nolo te meo cane ulterius vesci. Hic ego, quamquam non fatus ex quo animo, patienter tamen demissis auriculis abiui.

TRANQVILLAT o tandem mari solvimus, & ad emissarium Nicaraguensis lacus vela fecimus, ibi Lusitanum quendam aſequituri (Francisco Calato nomen erat) quem Gubernator noster, ob acceptos ab eo mutuò ter mille & quingentos ducatos aureos, legatum suum & Proprætorem designaverat. Sed per contrarios ventos, qui ad Nomen-Dei navigantibus affabant, ibi ultrabimelte spatiū summis omnium rerum angustiis & fame obſelli ſubſtitutus iac nifi ova Crocodilorum nobis ſumma copia ſupeditaſſent, quæ ad ea littorai in arenis reperiebamus, certè maxima pars nostrum inedia misere contabuifſet. Ea ova, anſerum ovis magnitudine paria, ſi ſaxis alliduntur, contunduntur quidem, nec tam menfranguntur. Itaque cultello ea recludi necelſe eſt. Sapor eorum qualis Muſchi ſemiputridi, & principiò, quum ab eorum ſeu ab horrorē, necelitas & penuria me ad aliorum exemplum imitandum adegit.

ANIMALIUM præterea genus quoddam quadrupes venabamur. t. Ignannas vocant, lacertulis noſtris forma haud abſimiles: quibus palca quodam ē mento velut barba dependet, vertice etiam capitis crista, inſtar gallinaceæ, inſigni: in dorſo eminentes pinnas quasdam, velut spinas, ſubrigunt. Fœminæ masculis praeflant-

præstant: ova earum carnium saporem vincunt: & ancipiti viæ non magis ter-
ræ quam aquæ affluerunt.

In Nicaraguensis lacus alveo multi & grandes pisces sunt: in iis unum eo-
rum genus, qui ab Hispaniolæ indigenis vulgo *z. Mauati* appellantur. Neq; enim
dicere possum, quo nomine eum notent ejus quondam loci accolæ Indi. omnes
enim propter nefandas injurias, quas ab Hispanis perpetiebantur in vicinas syl-
vas se abdiderunt. Hic pisces Lutra propæ formam referens xxv. pedes longus.
xii. Crassus est: capite & cauda bovem referens: exiguis oculis, pelle dura & pilo-
sa, coloris veneti, pedes duos elephantinis similes habet: feminae ejus generis, ut
vacca, catulos pariunt, cösque gemino ubere aliunt.

Eorum piscium aliquot ipse vidi in perexquisi quibusdam insulis, tum et-
iam in carectis ingentis hujus fluvii: in urbe vero Nominis-Dei sepe eorum car-
nibus usus sum, salitis videlicet: earum sapor ut suillæ est. Scribunt nonnulli car-
nem ejus pisces gustu vitulinæ quam similiam esse, unde è duobus alterum exi-
stere necesse esse colligo, nempe aut Hispanum istum eam carnem tam avidè ap-
petuisse, ut multò Suavior quam esset videatur: aut certè vitulinam nunquam de-
gustasse.

Quod ad mores Suerensium Indorum attinet, à supradictis parum differunt,
nisi quod humana carne non vescuntur: eorum lingua: dissentibus facilis: Tet-
ram *ſchæ*: homines *Coi*: morbum *Stafs*: aurum *Chiarchla*, vocant. In ea provincia
aprorum montanorum, & ferociorium tigrium ingens copia repertitur: leo-
nes etiam, sed timidi, qui viso homine fugiunt. Serpentibus quoque abundantia-
nitatem magnitudinis, sed veneno carentibus: & cercopithecis. Aliud quoque
ibi est animal (quod ab indigenis *z. Cæſar* dicitur) nigri porci specie, pilosum, du-
rissimo corio, exiguis oculis, auribus patulis, ungulis fissis, brevi promulscide mu-
nitum, ut elephas: barritu adeo terribili, ut homines obsurdeficiat: ceterum car-
ne ad cibum suavi.

P R O D I G I O U M præterea ibi aliud *z.* animal vivit, cuius ventrinatura alte-
rum ventrem marsupi inflat affinxit. quoties demigrat, catulos in eum loculum
recondit & gestat. Id animal corpus & rostrum vulpis: manus ac pedes cercopi-
theci: aures vespertilionis habet. Ibi etiam pavones, phasiani, perdices & alia avia
varia visuntur, sed longè à nostris discrepantia.

V E S P E R T I L I O N U M quoq; dirum genus eam provinciam infestat, qui no-
ctu dormientium corpora mortui appetunt & rostro pertundunt: neque usquam
alibi per omnem eam oram quam longè patet usq; ad finum Parisensem, infesto-
res sunt ea volucres quam in ea Provincia. Mihi quidem aliquibus ejus oræ locis,
Nominis-Dei præfertim usuvenerit, ut ejusmodi striges nocturna dormientis
pedum digitos adeo leviter pungerent, ut nihil persentiscerem: manè verò culci-
trum & totalia sanguine fœdata perinde mirarer, ut si singens aliquot vulnus acce-
pisset: sed in hac provincia numquam me nostris foderunt, quin sensu vulneris
excitaret, & duabustribus post horis graviter ex plaga dolerem.

Quinetiam alis sepe ora everberantes, si pedibus calceatis quiescerem, ma-
nus ipsas rostro feriebant. Itaque quum arcendz illi peiti nullam commodiorem
opem reperirent parata semper in cubili ligamenta & fascias vulneribus habe-
bam: & simulac rostrum defigi in me senferam, vulneratum locum fascia invol-
g vebam:

43
vebam: is nullo præterea adhibito remedio triduo aut quateriduo sanabatur. Atq; que hac haec tenus de Didaci Gottieris gubernatione.

1. I C U A N N A s; f; Juanina, commune terra & aquis animal, non tantum immergit se
fuerit, sed etiam in arbores erexit. Horribile visu, ut qui eum naturam non norunt: sed adie-
misse ac tactum, ut nec fridens, nec ingens, nec umbras spectantium ullum aut clamorem
edens, decim' mō' regnū dies sine ullo cibo permanent. Carne gressu & eis suavissima, ac
præterea in deliciis, nō quod que lue Indic laborant, si ea vescantur, recrudescentes & rebel-
lantes pristini morbi dolores sensuunt. Serrata es in dorso puma uest: cauda prælonga, in iz-
mutatem definens, & implicans se vaperim orbib;.

Ova quadragea aut quinquegena singulis scutibus edit, rotunda & nucis crassitudine,
lato alboque intus varia, qualia sunt gallinarum, & aque edulia: sed que in sarcofagi non oles
aut butyro, verum sola iuſula aqua tunc oles frigantur. Lacerti speciem habet hoc animal: ste-
que serpentes annulariuntur sed immixtis. Ovulus Hispan. natu. Indic. lib. 13. cap. 3.

2. Manas piscis, ab Hispanis, sic in Hispaniola nuncupatus, quod pinnas ad caput &
veluti binas manus habet. Animal id genito in aqua & terra vultu, & amorem hominis,
ut talis experimento patut.

Caramataxine Cactus parvulum unum quondam captum XXVI. annos in Guianac
lacu suis adibus vesci, & velut in cœmaria, panu fragmentis aliuit. His alleculis pycni adeo cicat-
ravat, ut Delphinas veterum scriptū celebratos vinceret. Nam quoquaque dies tempore in-
clamatus ab reguli domesticis, Matto, Matto, (ea vox Indis magnificam aut generosum fa-
num) velut ad familiare signum ex insu ad volabat, pectorisque è manu prebebat ascensuro dor-
sum: adeo ut egressi e ripam pastum in aedes venirent, & cum pueris colluderet. Si quis forte
anum gratia lacum transfringere vellent, decem nonnullorum dorso exceptos indecessu trans-
vehetas. Et ludicru dū oblectati sunt Indi: donec iniuria sanguinis per aliquot dies hominum con-
spectu caruit. Quum enim Hispanus quidam, experiri voleans, an coro tam duro esset, qui uo-
lugo sana ferret, seu per lastriciam, scutum in eum intorset. Pycni eti; ab ista imperspicue
manit, proficitam iamen sensu cuspide: & ex eo similes barbatos homines aut vescitos mo-
re nostro animadverterat, frustra & vacasse: nec vocatus, nec invocatus veniebat. Tandem
cum forte Attibunicus fluvius in insolita altitudinem crevisset, & extra ripas effusus Guai-
nabo lacu sepe innundasset eis ab eum secutus facetus ille & sociabilis Matto mare & natales
aqua repetit. Martyr Ocean. dec. 3. lib. 9.

3. De utroque hoc animal agit Petr. Martyr. Ocean. decad. 1. lib. 9. & 2. lib. 9.

FRAN-



FRANCISCI FRNANDIS ET FRANCISCI MONTEGII IN JUCATANAM

expeditiones. Jucatanenium de Hispanogum dominatu quæstæ.

Fondurense provinciae desolatio, & indigenarum
implacabile adversus Hispanos odium.

C A P. XV.

Nos è Nicaraguensis lacus alveo egressi, duabus præterea comitati cœloibus, quæ è Nicaragua onus & commensuræ decurrebant, decimo quinto die ad Nomen-Dei appulimus. Ex ea civitate in occidentem navigantibus & eam oram præterlegentibus, quæ tota deserta est, mille fermè milliarium spatio, provincia Fondurense occurrit: & trecentis millibus ulterius, in eadem illa ipsa ora, Jucatana provincia aperitur. Eam Hispanorum ducum primus reperit Franciscus Fernandes Cordubensis, qui vis dum in terram egressus, pessime ab indigenis acceptus est. Ergo viginti duobus vulneribus perfollitus, & muleis Hispanis amissis, ad San-Jacobum Cube metropolin spe irrita reveritus est.

NON ita multò post, anno videlicet M D X X V I I. Franciscus Montegius, audito Jucatanam dirissimam & quæstuosissimam esse provinciam, è nova Hispania solvit, cum titulo Gubeneratoris. Is, ubi primum sùr provincie littus attigit, cum quingentis Hispanis, multis equis & copioso commensuræ: convenere eò velut ad eum visendum aliquot Reguli. Illi, quum amicitiam ipsius appetere simularunt, diu apud eum manserunt: donec occasione exequendi facinoris oblata, eorum unus deruptum è latere armigeri. Æthiopis acinacem in Gubernatorem strinxit. Intersecissetque, ni ille rapto properè ferro strenue vim propalasset. illi nullo alio neque accepto neque illato danno ad suos se se proripiunt. Abeo Gubenerator instructa suorum acie, plurésque in manus dispersa, Indos pluribus simul locis aggredi & quæcumque caperet igni ferrisque vastare. Indi quoq; & ipsi fortiter pro aris & foci pugnabant.

Sed ad extremum, postquam continuis novem annorum cladibus attriti, jam propè omnes Regulos & duces miserant, fractæq; cum animis vires erant, tandem arbitrio & potestati Hispanorum semet permittunt. Itaque Montegius provinciam perdomitam & pacatam, juxta mandata Regia, inter lulos distibuit, & unicuique eorum, quorum ope Indos debellaverat, Indicæ unius gentis jus additionem assignat. Inde ad condendas colonias conversus, Hispalim, Emeritan, Salmantican & alias urbes, extituit, quarum maxima viginti quinque aut triconta fermè domibus habitatur.

g. 2. His

H:is ita compositis, partim sua, partim militum opera Gubernator quum forte cum Cacico ejus provincie quodam congressus (1, Alquinotepis erat centrum amplius ac decem annos virze egressus, qui tametsi baptizatus esset, sepe tamen crebris suspiris & planctu teftabatur, quantum ex eo dolorem caperet, quod patriam Hispanorum armis subactam cerneret) Is ergo in familiari sermone cum Gubernatore instituto. Montegi, inquit, quondam me juvene, peltifera quedam lues has terras invasit adeo seva, ut vulgo homines incredibilem vim lumbricorum evomerent. atq; cam calamitatem tanta pestilentacepit, ut neminem nostrum cladi superfuturum crederemus. Præterea non multo ante adventum tuum tempore, nos cum Mexicanis cruenta duo prælia commisisimus, quibus amplius C.L. milia hominum cecidere. Sed hæc levia fuerunt præ intollerandis sevitate & avaricie exemplis, quæ tu ac tui milites in nos edidisti.

Ea regio aspera & ferè saxola est, fertilis tamen, & piscibus, fructibus Maizio que abundans. Humanis victimis litant, earum tamen carnibus non vescuntur: apud eos nullæ auri aut argenti fodinae reperte sunt: vulgo magna apum examina alunt: bombycis seu gollipii copiam habent: eo penulas sindonum aut linteorum inlata texunt, & subueulas sine manucis. Id præcipuum vestigal patronis & principibus suis pendunt: ejusque generis merces Hispani in Mexicū, Cubam insulam, Fondurensem provinciam, aliasque Indiæ regiones distrahendas pertinunt.

PORO provincia Fondurensis (ut paucis eam absolvam) cum primum Hispanorum armis tentata est, quadringentis amplius Indorum millibus habitabatur: quum vero ibi ego essem vix octo mille supererant. Nam ab Hispanis partim casis prælis, partim in servitudinem abducti & venditi, & intolerandis laboribus in fodinis exhausti consumti, & propè in solitudinem redacti sunt. Pauci quoque illi, qui hodie supersunt (ut & ab aliis gentibus, quæ Hispanis serviant, se feret) ubicumque locum aliquem asperum, ad habitandum utcumque commodum, invenerunt, tamen si xgræ, eò translatis rebus satis omnes commigraveré, ut Hispanorum declinato conjectu quam minimum ipsi oculi doleant: tantam illi earum gentium gratiam & benevolentiam sibi conciliarunt.

IN ea provincia quinque coloniae ab Hispanis conditæ sunt, quæ omnes simul vix centum & viginti domus continent, easque maximam partem compæctas arundinibus, storea & palea contextæ, maleque & infrequenter habitatæ, quæ colonos allicerent. Caput earum Trugilium seu Turris Iulia est, Episcopatus sedes, collis modico imposita, vicinam mari, qua Septentrionem spectat. Centum millibus inferius Portus est, quem vulgo Porto de Cavalli appellant. Ab eo portu diei unius itinere absit San-Petri civitas in plano sita, montibus vicino, nec procul inde flumen Ullua, & lacus, in cuius medio tumuli quidam terrei, insularum instar, herbis & virgultis consiti, spirantium ventorum arbitrio modo huc modò illuc vagi & stabiles fetuntur.

OCTOGINTA millia passuum ulterius Comajaga & Gratia-dei occurunt, duæ coloniae à se invicem amplius centum milium intervallo discretæ. Is ager frigore aliquantum temperatus, frumenti mediocriter ferax est. Inde pulcherrima & amoenissima: sed jam desolata, vallis Olanchiana sequitur: in qua Hispani San-Jacobum urbem considerunt ea viginti circiter domus easque male habitatas complectitur.

Hic

Hic ut legentium animis cogitandum subjiciam, quām aequis oculis exgentes nos intueantur, hic rem, quā mihi cum Indis quibusdam intervenit, lumen referam. Comajagua forte comite uno Hispano egressus, ad modō dictam civitatem tendebam: jāque quadrū iter confeceramus, nullo humānū habitationis aut cultus reperio vestigio: quum consumatis cibariis omnibus, quā fecebamus, ad exiguum quendam Indorum pagum pervenimus. Ibi quam amicissimē fieri potest, eos rogamus, ut comeatū aliquo nos juarent: sed neque precibus, neque gratia, neque pecunia ab illis impetrari potuit, ut hospitiale quidam nobis facerent aut darent: sed diras imprecantes nobis, quām etiam velut conspectum nostrum abominati in terram despuerent, ut abiēmus, denunciant. Ita excepti discessimus, & eadem die sub vesperam in urbem pervenimus. Ubi quām nullum diversiorum esset, in ipsius colonia ingressu casam desertam nocte eo succedimus, & incēnati substratis pro cubili arundinibus ad capessendam quietem vertimur.

Mōs habebatur in illis regionibus (quo tempore Hispani pro arbitrio, vel potius sine arbitrio & ratione viverent, priusquam Indis sua redditā edictō esset libertas) Hispanos colono triumphantesque exultantes gaudio, quām videlicet perpetuam eam temporum ac rerum felicitatem sibi desponderent, ob viam ultrō egresso viatorum adventum opperiri: simūlque ut peregrinum aliquem adventantem prospexerant, concurre coimes ad eum certatim, & de eo excipiendo pugnare. Nemo erat, qui eum comiter salutatum, sexcentis benevolentia fignis editis, in domum suam deducere & hospitio accipere cuperet. Nunc vero, longē alia rerum & hominum facies, quoniam non is Indiē status qui esse consueverat, Ubi aliquem peregrinē venientem conspexerint, abdunt se in propinquas sylvas: aut certe jubent dici, Se domi non esse.

E N E M V E R O Hispanos quidem etiam reperias, non tantum in ea urbe, sed & in plenisque aliis, qui quamquam clientes & vasalos sibi habeant subjectos, ad eas tamen angustias redacti sunt, ut vix vel panē ad vescendum habeant. Quām enim Indi nullum vestigia pendant patronis & senioribus suis, nisi ex earum rerum genere quas possident: si quis forē Hispanus populum suum cogere vellet, ut aliud aliquit præter ea pendat, aut subditos dūriter haberet, ilicō à Gubernatoribus, subditis illis suis & omni in eos jure privaretur.

1. Idem scribit Gomara Histor. lib. 1. cap. 14. nisi quod pro Alquino et Alquino peccatum vocat, & quidem ejus pagi Antifitem, in quem posita ab Hispanis Emerita colonia deductā est. Porro pestiferam eam luem, oīloginta ante adventum Hispanorum annis, per eas terras in huius mōs graffaram, tanta & exundantibus lumbricis ut viscera & entremoque ad exitum rumpent. Bella autem hec quadriginta antē annis accidisse: atque ob id maximē leues illae eas calamitates vīfas pra Hispanorum imperio, quādeos ē frūibus suis aliquando excessuros mīmiserarent.



INDUS QVIDAM MORES

HISPANORUM DEPINGIT. CUR HISPANICUM

jugum Indi acceperint. Nicaraguensis provinciae descriptio.

Ejus incolarum potus. Saltandi ratio,

Mons flammivomus.

C A P. XVI.

GRESSIS è provincia Fondurense, & ea via per agratis Chiuluteccæ fodinis, subit provincia Nicaraguæ, ad Australis Oceani oram versa. Eam regionem cum primùm peregrinabundus obii, apud unum è primotribus ejus oræ Regulis in hospitio fui. Gonzalus is vocabatur, annos jam septuaginta natus, & Hilpanicam linguam apprimè callens. Is matutino quodam, cùm ipsis fortè assiderem, defixis in meum os oculis, his me verbis affatus est: C H R I S T I A N E, quidnam rei sunt Christiani? Flagitant Marizium, mel, bombycem, penulam, indicam mulierem ad concubitum: aurum, argentum petunt. Christiani operari nolunt, iudicatores sunt, aleatores, pravi & blasphemæ. Quum ad Missam audiendam templum ineunt, de absentibus detrahunt: & alii alias plagas & vulnera imponunt. Ad extrellum eò evasit, ut concluderet Christianos minimè esse bonos. Quumque excepisset, malos, non autem bonos, ea facete: tum ille, Ubinam sunt illi boni? inquit. quippe ipse quidem nondum ullos, nisi malos, cognovi.

*Indorum de
Hispano pro-
missa.*

*Anglice. Hispa-
norum pro-
missa de
missione Bel-
licos post
modum.*

T A N D E M finito ea de sermone, sciscitari copi ex eo, quomodo & quam obrem Christianos in suos fines ingredi possi essent. is mihi in hanc sententiam respondit: V T A bone (inquit) de eo sic habeto: Quum sparsa de Christianorum levitatem, per has provincias fama, qui quecumque adiissent loca cædibus, incendiis & lartocinitis infesta facerent, ad nos quoq; pervenisset, & eos in fines nostros irrumperem velle audivissemus: convocato omnium amicorum nostrorum & sociorum concilio, sociatisque consiliis omnes una voce decrevimus, potius mortem strenue pugnando oppetere, quam pati nos à Christianis sub jugum mitti. Eo constituto, hastas, lapides, sagittas, & quæcumque alia possumus, comparamus. Quumque jam Christiani finium nostrorum limites pulsarent, ultro illis armati, obviam imus, & bonam diei partem fortiter pugnamus.

A D extrellum tamen plèrius impetu equorum perterriti, in futram vertuntur. Itaque legatos duos ad Christianorum ducem mittimus, veniam & pacem orantes: neque id tamen alio consilio, nisi ut instaurandis viribus quies

&

& otium suppetaret. Ille nos in amicitiam accipit: nostrum inde complures, dis-
similato vero animo, cum canetu & tripudiis, pro jure amicitiae Christianis fami-
liariter affluescere, invisere, & multa auri aliarumque rerum munera illis ferre inci-
pimus: Inde, iis ita inescatis, domos nostras regressi, intra triduum manufacta in
Christianos de improviso irruimus. Sed brevi, ut primo, nostri tergaverit.

¶

I T A de integro, eadem mente & consilio, quo prius, pacem denuo petimus &
Quia imperata, gentium omnium nostrorum indicito conventu, communis con-
filio decernimus, Prius occumbendum esse omnibus, quam ut Christianos domi-
nos acciperemus: ejusque sine ulla venia aut gratia spe caput morti devovemus,
qui ex acie fugeret. In hujus consilii effectum rursum arma & rela aduersus Chri-
stianos comparamus & acuimus. Verum conjuges nostra, hoc nolstro proposito
audito, lacrymus perfusæ ad nos venient, supplicesq; rogant, ut Christianis servire &
mallemus, quam ita secedere occumbere. Sin nobis tententia staret, consilia nostra
in rem vertere, ut ipsas primum cum parvulis suis liberis interficeremus, ne orba-
ta viris in barbarorum istorum & crudelium hominum potestatem incidenter.
Hæc uxorum nostrorum mixta lachrymis preces fregere omnium animos. Itaque

Deinde illi
procuraverunt
ad suos
complices

¶

Mox tamen propter injurias & indigna exempla, quæ in nos quotidie ede-
bant, aliquor populi in eos rebellionem moliri ausi sunt: sed tam graves ejus po-
nas Christiani ab ipsis expetiverunt, ut ne infantibus quæstem etati parcerent. Ne-
queo contenti, alios etiam quamquam insolentes, captivos factos, prætexentes ni-
mirum illos quoque adverius se rebellionem ceptare, cruciabant & pro manci-
piis sub hasta vendebant.

Nos per ea tempora neque conjugum nostrarum, neque liberorum, neque
ullius rei nostræ domini ac possessores eramus. Itaque multi rerum tædio, filios &
ipsi necare, alii laqueis semet suffocare, alia abstinentia cibi ultrò vitam fugere.
Donec editum à Rege Castella factum, quo nos in libertatem restituti sumus, &
tot ac tam intolerandis miseriis ærumnisq; finem tandem imponeret. Hic Caci-
cus ille institutum sermonem clausit.

Necesse est
nihil dicere

NICARAGUA regio non ita ampla, sed fertilis & amena est: ceterum in-
tolerabili æstu adeo flagrans, ut estate fervido & fabuloso exurente vestigia solo,
nemo nisi noctu iter facere possit. Sex ibi continui menses pluvii, à Majo pluvia-
rum initio facto: reliqui sex menses planè siccii sunt, diesq; æquales noctibus. Mel-
lis, cere, balsami, gossipii, satis ferax tellus, & suorum fructuum: in quibus pomæ
quoddam genus ei regioni peculiare est, neq; Hispaniolæ, neque ulli alteri Indiæ
parti concessum. Pyri nostri specie ferræ est: ligno interiore rotundo, nucis cras-
ficidine, & dimidio amplius: optimi & jucundissimi sporis. Arbor ejus generis
procera, exiguis foliis vestitur. Paucæ vaccæ & suum copia est, ex iis que ex Hispania
propaganda stirpi transvectæ sunt. Multi ibi Indorum pagi sed exigui, casas
arundineas stipula operatas, modice amplitudinis habent. Nullius illuc metalli:
fodina sunt: quamquam sub primum adventum Hispanorum indigenæ auro, sed
eo ignobilioris note & aliis e provinciis allato abundarent. Incredibilis ibi mul-
titudo Psittacorum, seminibus infesta: ae ni Priapeia quædam terricula, quæ Indi
ex arundinibus fabricantur, & excusæ fundis lapides abliterarent casaves, multo
plus detrimenti adferrent.

HISPANIA

HISPANI quin primum eam provinciam subegerunt, propter ubertimam omnium rerum ibi repartam copiam, eam Paradisum Mahumetis nuncuparunt. Duo inter cætera fert hæc tellus, nulli præterea Indiae regioni concessa, exceptis Guatimalæ, Fondurenſis provinciæ & Mexici finibus totóque novæ Hispaniæ tractu. Unum, Pavonum quoddam genus elt, qui in Europam translati, vulgo Gallinæ Indicæ vocantur.

Alterum, id quod *Cacavate* vulgo vocant, quod monete usum illis præbet. Id fert arbor modice magnitudinis, nec nisi calido loco & opaco vivit. Simulac sole ractum est, contabescit, itaq; ferè in sylvis umbroso & humido loco scitur: neque id satis, sed juxta ejus generis arborem, aliam editiorem plantant: quæ simulac adoleſcere cœpit, ejus cacumen ita concinnant aptantque, ut adulta ea arbor Cacavatum in umbret defendat que ita ab æstu, ut solis radiis lædi non possit. Fructus amygdalorum speciem referens, siliquis quibusdam, velut cucurbitis, includitur, crassitudine & longitudine cucumeris: annuo spatio maturescit. Maturas eas ubi legere, excussum folliculis fructum super strobis expansum ad Solem exponunt, donec hamorem exsudaverit.

Potum ex eo confeccetur, in testa fictili ad focum exsiccant: mox lapidibus quibus pincitur panis contusum & commolitum, fusumq; in pateras (quæ cucurbitæ specie) certis arboribus per omuēm Indianam enascuntur) paulatim aqua temperant, atque interdum pīlulo pipere, quali vulgo utuntur, condunt, eoque in potu utuntur.

Quam eam provinciam peragrarem, plusquam integrum atinum ab tali lora abhorui: & cum pagum aliquem prætereuntem Indus me forte aliquis ad bibendum invitaret, ego verò alspærneret, multum mirans, ridensq; abibat. Sed cum mihi vini copia non esset, ne semper aquam bibere cogeret, alios imitari didic. Ea cœlia sapore aliquantum amaro, satiat & refrigerat corpus, minimè tamen inebriat. Hæc præcipua & carissima merx earum regionum est: neque quicquam aliud Indi majore in precio habent, ubi quidem in usu elt.

Saltum gentium mores à Mexicanis nihil propemodum differunt: humana casne vescuntur: penulis & fibubulis sine manicis vestiuntur: duorū lignorum matto attritum ignem accendunt, & hic mos per universam Indianam inolevit. Et si illis cerea copia esset, nullius tamen ad rei ministerium ea uti noverant: & ad nocturnum lumen tadas è pinuagresti recifas urebant. Quatuor eam provinciarum sunt idiomata: sed Mexicanum in primis elegans, cuius usus amplius mille & quingentorum millium spatio pater, & facilimè omnium discitur. Regulos & principes (*Tutruane*) appellant, Panem (*Tascal*) Gallinas (*Totoli*): & (*Occomaja*) valet, Expecta paulisper: Morbum (*Mococova*) Saltate, Mitote.

Saltandi porro hic illis ritus & ratio elt. Confluent in unum, ducenti, trecenti: nonnunquam etiam ter & quater mille homines, pro modo & amplitudine provinciarum, & pro indigenarum vel modico vel magno numero: tum ut convenire, campum in quo saltatori sunt, vertunt & quam mundissime perpurgant. Mox unus eorum progedrit & chorum ductare incipit, plerumque retrofus corpus inflectens: intedum circum agens: cæteri omnes, inconditos illos metus imitantes, præsultorem ordine terni & quaterni sequuntur. Choraulæ quæ tympanorum sonitu interitem ludum incidunt, carmina quædam & cantos pa-

trios

trios ordiuntur: choragus primus responder, mox exceptum ab aliis carmen per omnes in orbem decurrit.

Alium flabellum manu gestantem, alium cucurbitam lapillis plenam, alium caput cristis & pennis decorum, alium brachia cruraq; concharum lineis & collis redimicula cerneret. Illi hoc, alii alio modo corpus varie circumagunt: nonnulli crura attollunt, aliqui brachia: alius cecum, alius sursum effingit: tidence alii, ali plangunt. Cum his aliq; variis gestibus & motibus corporis, interea se illo suo Cacavate largè irrigantes, rotum diem & saepe noctis patrem tripudiantes, solennes illos chorus excrent.

N A V E S, quæ per mare Australie Nicaraguam petunt, angustum fluminis cuiusdam alveum innecte spatio viginti quinque millia passuum ad quendam pagum appellunt (Reallegio ei nomen est) Ibi duodecim circiter mapalia sunt, ex canis contexta, & Hilpanis habitata: cō autem divertunt naves, propter opportunam stationem & legationem commodissimam. Ab eolo loco in Orientem diei unus itinere absit civitas Legionensis, Episcopatus sedes, ad lacus ripam posita. 2. Franciscus Fernandes eam condidit, sicuti & Grahama, quæ L. ulterius millia ad ejusdem lacus ripam sita est, non procul ab illius emissario seu alveo, quo se lacus in Septentrionalem oceanum exonerat. Hie duæ urbes simul octoginta dominibus constant, quæ partim materia, partim laterculo coctile exstructæ sunt.

T R I G I N T A quinque milia intervallo absit Legione 3, mons flammivimus, qui per ingentem craterem tantos siepe flamarum globos eructat, ut nocte latissime ultra centum millia passuum incendia reluceant. Nonnullus fuit opinio intus liquefactum aurum esse, perpetuum ignibus materiem. Itaque Dominicus quidam monachus, quum eius rei periculum facere vellet, ahenum & catenam ferream fabricari curat: mōque in montis jugum cum quatuor Hispanis ascendens, ahenio in caminum demutit. ibi ignis ferore ahenum cum parte eate-
nz liquefactum est.

Monachus non leviter iratus Legionem recurrit, fabrum vehementer incu-
fans, qui catenam tenuorem multo, quam jussisset ipse, esset fabricatus. Faber
aliam multò crassiorem excudit: Monachus montem repetit: catenam & lebe-
tem demittit, res priori incepto similem exitum habuit: nee tantum resolutus le-
bes evanuit, verum etiam flaminis globus repente è profundo exiliens, propemo-
dum & Fratrem & socios absunxit.

Omnis quidem adeo percussi, in urbem reversi sunt, ut de eo incepto exfo-
quendo numquam deinceps cogitarent.

I N ea ipsa civitate cognovi Sacerdotem, qui Quæstoris Rēgi interventu
Rege Hispania perlitteras petuit, ut sibi ducentos servos dari juberet pollicitus
perfoisse illorum opera aureo illo monte, ingentes se inde divitias eruturum.

Illi Rex rescripsit, montem, si veller, suo sumtu aperiret. sibi enim non esse
mancipia, quæ ad eas fodinas mitteret. Ita inceptum illud omisum est.

1. *B A L S A M U M* (ut inquit Plinius lib. 12. cap. 21.) unius terra Judæa contessum, pridem
perfoisse creditur. Nunc vero, quod ex India Occidentali adseritur, primum in Hispaniola in-
venitum est, Indice mulieris indicio. Arbor unde hic liquor elicetur, Goaconaz ab indigenis zo-
catur. Orne d. hisp. natal. Indic. lib. 10. cap. 3.

Elicetur quoque balsamum in nova Hispania ex arbore Punica malo majore, cujus folia

urice similia ferrata & tenuia sunt. Indi Xilo vocant. Elicetur autem diabolus modis. Primum multa incisura vulnerato arboris cortice.

Altero ramis & truncis rubeis arboris assulatum & minutissimi concisis, & in lebete amplissimo serfatu: maxime supernatante collecto. Id priore ignobilius est. Monas. de simple medic. Indie.

2. Is est, qui Jucatanam primus apernit. Supradictis lib. cap. 10. Quem postea Petrus Arias Abulensis, post Castille auctor imperium abrogatus ob Valboe mortem, Nicaragua Gubernator, capitulis supplicio affect, quod clandestino sedere cum Ferdinando Corsefo iusto, occupatam, sponte ipsius, provinciam armis retinere velle. Sed oblatu falso criminis insontem oppresum confusus est, sicuti & generum suum antea, ut sublatu emulo, vacua provincia solus patiret.

3. Montis illius flammis potius nomen Gomar Mafanam, Dominicanus F. Blasius de Utrera, edit: scribitque novum ipsum Empedoclem & praeterea duos Hispanos sciende eam rei causa avidos semetiplos tribus coribus in Vulcanum illum craterem demississe, quo ad ejus fieri potuit: atque inde lebetem catena ferrea reponitum, ad centum & quadraginta ulnas dejectum, tandem ubi ad flammam pergente liquefactum esse cum aliquot catene annulis. Illos stupenda

Johanni Alvarez Doctori & Decano à Rege concessum esse, ut rescluso

eo monte metallum erueret. Gomar hispan. gen.

lib. 1. cap. 203.

PETRI





PETRI ALVARADI IN PE-
RUANUM REGNUM EXPEDITIO. EJUS MORS,
& conscientia in morte dolor. Uxorejus Deum ipsum
incepans, miro ejus iudicio
absumitur.

CAP. XVI.

NICARAGUA in occasum tendentibus, ter centum millia à Legione, numquam longius ab ora maritima abscedendo, quām ut ipsum mare confaci possit, pervenitur ad Guattimalam. Eam urbem Petrus Alvaradus, postquam eam provinciam subegerat, interduos montes condidit, è quibus semper fumis evolvitur: ac duas præterea, San-Michaëlem videlicet & San-Salvatorem, quæ ceneum millia passuum inter se distant. Jamque hic Alvaradus, perdonita & divisa ea provincia, eaque urbe condita, cum magna pace ac tranquillitate in constitutis à se ditione partis opibus fruebatur, quum nuncium accipit, Franciscum Pizarrum & Didacum Almagrum, in Peruanum Regnum transgressos, incredibilis divitias reperiisse.

His permotus, per amicos literas à Cæsare & potestatem transmittendi in illud Regnum, ac cujuscumque vellet ejus partis, quām modō alii Hispani non infessissent, in ditionem redigendæ coloniæque occupandæ imperat.

In anno MDXXXIV, septem navium armata classe è provincia sua solvens septuagesimo quarto die ad oram Peruanam appellit. Mox in littus Mantze egressus, ad eam oram, quæ ab Hispanis pòst Portus-vetus dicta est, ducibus Indis regionis peritis assumptis, ulterius in mediterranea progreditur. Tandem superatis montium quorundam frigidissimis jugis & perpetua nive obrutis (ubi multi Hispani frigore dirigerunt, alii penuria victus cælis equis famem toleravere) in provinciam Quiton pervenit.

In ubi Francisco Pizarro allatum, exemplò Didacum Almagrum cum CL. Hispanis adversus eum mittit: qui, si posset, vel eum aditu prohiberet, vel exercitum, quem ille adduceret, precio abeo licitaretur. Almagrus Tombelium per venerat: ibi audito Alvaradum numero militum multò se esse superiorē, hostiliterum invadere non ausus est. Ambo ad Liribambam flumen conveniunt: ibi Licentiatus Caldera pacem inter eos & amicitiam concilians, jubet Alvaradum tradere, quas adduxisset copias Pizarro & Almagro: illos verò vicissim dare Alvarado centum millia aureorum ducatorum, ea legge ac conditione, ut ipse ex eo Regno excedens, numquam deinceps eò regrederetur. Hæc pactus Alvaradus cum quatuor famulis Peruo decedit, & succulætus Guattimalam revertitur. Paulò

Pet... Alvaradus
de suam partem
spatio juxta
provinciam
etiam inveni
fuerit non sicut
Dicitur Ad. 3.
cap. 1.

pōst perlustrandæ ejus oræ in Occidentem, & novas terras quærendi consilium capit: & eo decem liburnicas, myoparones quatuor, instruit.

*Ex Mendozœ
Hispaniam
ad annos 1519
et 1520
succinctam
scripsit.*

Eodem ipso tempore, quo Alvaradus classem adornabat, venere Mexicum Dominicani quidam monachi, peragrat ad Occidentem terris mille amplius milliarium spatio: qui ut ex longinquæ reverent, de illis regionibus mira narrabant. Vulgarunt inter alia, Sibollam provinciam aliasq; terras fertiles, divites, auro cyanis, vulgo Turquinis, gospipio, aliisque dotibus, abundare. Ea relatione moti Antonius Mendoza novus Hispaniæ protex, & Ferdinandus Cortesius comed in regno summus Praefectus-militia, fuscipienda per se aut per legatos ejus expeditionis consilia inter se agitant: sed discordibus invicem animis, quū neuter alteri fatis sideret, diversi fatis alio abiere. Cortesius Hispaniam petit: Protex Petrum Alvaradum è Guatimala arecessens, quam celerimè posset, cum suis copiis venire ad se jubet. Is brevi solvens ad Trinitatis portum appellit: & terrestri itinere Mexicum profectus, de fuscipienda in Sibollam expeditione cum Prorege transigit. Inde, leptingentis militibus conscriptis, armisque, equis, & aliis ad iter necessariis tibus provis, Mexico ad naves tendit.

*Velazquez
per d' Zuniga
propositum
scripsit.*

Is itinerenuncius ei affertur, Indos Xalisci provinciæ incolas adversus Hispanos rebellasse: itaque inde cum maxima copiatur parte ad ferendam suis opem festinat. Ut venit Petrum Zunicam Hispanorum complurium cederecenti confusum & tristem ibi nauctus, ambo ad collem editum, Quem Indi munitum manu infedant, obfidendum properant. Munimentum id erat ejusmodi: tota arbores ramis invicem implicatis & coëuntibus cum ingentibus faxis colligatas, quodam veluti nexus continent opere juncto, perpetuam lepem hosti objecerat. Similique ut Hispani erigere agmen in collem & ferociter discuttere cœperunt, Indi horribili clamore sublato, casis arborum ramis, compagen operis solvunt. Tum verò protutis arborum & lapidum cumulis, omnia ingenti cum fragore in præcepis deferti, & ingentis magnitudinis fura per montis prona devolvit tanto impetu, ut maximam lubeuntium Hispanorum partem obtercerent. Alvaradus provoluto in eum quo præceps datus, duos intra dies viva concessit. Petentibus à decumbente quid ei maximè doleret, Anima, inquit, vehementer mihi dolet. Medioen homo statura sicut loquax, perfidus, levus adversum Indos, beneficiorum immemor atque ingratus, usque adeo, ut vulgo etiam de eo sui dicant, Eum nulli amicorum fidem unquam præfuisse. Postremò incelsis nuptiis infamis, quem duas simul forores in matrimonio habuerit.

*Velazquez
propositum
scripsit.*

ALVARADO mortuo, brevi, Protegis missu, Mexico ad eam expeditionem abiit Franciscus Velasquez Coronatus cum octingentis militibus hisque equitibus plenis, cum navibus ad eam provinciam subigendam & habitandam ire abnuet. Uteò pervenit, pro omnibus divitis nivis copiam & commearus penitram reperit. Itaque multi equi, & Indicorum servitorum plerique fame absunti sunt. Dux ipse, quum se majores opes inventurum speraret, progredi ulterius statuit. Jamq; CL. millia passuum emensus, animalium genus quoddam mediocris magnitudinis, vacca forma reperit. Hispanis eorum animalium armenta irruentes, multa maestant & famem expellunt. Inde Velasquez multo frustra ejus ora peragato spatio, postquam levibus aliquot præliis indigenas expertus esset, libertatem suam actiter propugnantes, eorum aliquot incensis ac direptis pagis;

tandem

tandem spe irrita fatigatus, probraque ac diros in monachos illos jaciens, qui de ejus provinciae opulentia tam letam famam vulgassent, multis amissis Hispanis, pauper & nudus Mexicum regressus est.

Nunc, ut ad Alvaradum redeam, postquam ejus mortis nuncius Guatimalam allatus est, Beatrix de Cueva uxor ejus, feminâ quidem animi impotens, vacua & superba, quam Dei Ope Matrem omnipotentiam cum gratiarum actione agnoscere, & immensum ejus bonitatem laudare deberet, in blasphemias voces erupit, dicens, Nihil pejus graviusq; à Deo mali inferri sibi potuisse, quam quod viro orbata esset. Simil arrani cedes & nigro pungi jubens, non cibum, non somnum capere, non solaria ulla admittere sustinuit. Ad hæc laceratis crinibus humi corpus abjectere, multaque alia dicere & facere, quæ mentis compotem non decerent. Inter haec tamen magnificas & pompa plenas exequias viro duxit: neq; iunctu aut funeribus lamentis impedita est, quo minus primorum civitatis eætu convocato, se eorum suffragias Gubernatrixem provincie designati curaret, omnésque sacramento in verba sua adigeret.

Sed paulò postquam ea gesta erant, ecce die 8. Sept. qui Virginis vulgo facer est anno MD XLII. imber ingentibus procellis effundi incipit: adeo ut circiter secundam noctishoram, quæ alterū ab eo diem sequuta est, Indi quidam Episcopum provincie adeuntes (Franciscus Maroquinis vocabatur) ei significarent, se ad radicem eius montis, qui urbi proxima immingeret, terribilem quendam sonum & insolitum fragorem auribus accepisse. Episcopus obiurgat eos, Non vos sapere (inquit) monui, ne eiuscemodi rebus antea preberetis? Jam paulò ultra medium noctis processerat, quum repente magna vis aquarum ex eo monte tanto impetu & violentia, torrentium instar erupit, ut faxa ingentis magnitudinis devolveret, quæ mox incussa subiacentibus pettis, maiore vi, quicquid obvium esset, proterebant.

Si mul. audiebantur per ærem lugubres ulularus & stridores horrendi: & furvam quandam vaccam multa inferentem damna, & ea loca pervagantem, super sunt, qui viderunt.

Inter multas edificiorum strages, quas ea cluvio aquarum dedit, primâ Gubernatorijs domum rapuit: & ea clade penitus Beatrix ipsa Gubernatrix omibus, quæ cum illa orandi cœla (ut fertur) in absitum conclavese lacrarium aliud quod penetrale concesserant. Ad eum modum brevi submersa & concussa repentina vi tota propè illa civitas prostrata est.

Centum circiter ac viginti Hispani utriusq; sexus eo casu perire: nonnulli, qui sub initium ruentis tempestatis urbe celerant, perniciem effugerunt. Luce orta, postquam procella conqueverat, viciniis urbis campis Hispani nonnulli debilitati, pleniq; obtriti, alii brachis, alii cruribus fractis, jacentes reperti sunt: inter ceteros puellula quædam illæsa & sine ulla noxa, sublata est, quam ex Indica muliere Alvaradus suscepserat. Neque ex auctirpe quisquam, præter istam, remansit. Post eam ruinam Guatimala in modica planicie, ubi nunc sita est, instauratur, trium mill. spatio à veteri distata, ad Ortum: constatq; septuaginta quinq; aut octoginta dominibus laterculo coctili exstructis, quæ magnam partem tegulis concectæ sunt.

In ea provincia frequentes existere terramotus experiētia ipsa didici. Quoniam enim forte aliquando essem in cœnobio, veteri Guatimale vicino (locus vulgo Almolongadi Baso appellatur) & cum monacho colloquerer, super exiguo

Dissolutio
in operibus
de Regno
de Novitate
de Republica

Antiquitas
in eis probabili

Antiquitas
in eis probabili

quodam tumulo, terra adeo contremuit, ut campanæ sua sponte sonitum dederint: maceriz, quibus circumseptus erat cœnobij hortus, maxima ex parte corruerint: subterranei tubi, per quos aqua ad fontem deducebatur effracti: facillum magis duobus locis fissum hiaret, & aliquot tegulae in terram deciderent: terramque ipsam omnes hiatu profundo discessuram erederent. Duravit hic terror, quantum recitando Symbolo Apoliticali temporis satis est.

CETERUM ea provincia, quia cœlo miti ac temperato subest frumenti satis patiens est: sed omnium arborum, quæ cō ex Hispania translatæ sunt, nulla coaliuit præter ficos & Armeniacas malos: verum & ipsarum quoque fructus quum maturescere incipiunt, sub initium videlicet hyemis, tum insipidi existunt.

Duorum à Guatimula dierum itineris spatio, locum maritimo, quem vulgo Izalchi appellant, magna vis Cacavatarum colligitur. Et hæ hodie ferè sunt Hispanorum, qui eam provinciam incolunt, opes: earumque maximam partem per Novæ Hispaniæ provincias distribuunt; in quibus, quod id Regum frigidioris quam calidioris temperamenti sit, id genus fructus non sufficienti copia colligitur.

P O R R ò isti Guatimalenses, Nicaraguensis & Mexicanis moribus ex quo ferè participant. Itaque negotiantur mercatusque & contractus invicem exercent. Ac plerique eorum artes etiam mechanicas didicere. Sunt enim inter eos fabri materiali, carpentarii, pictores, artifices, aliarumque opifices artium: & hos Hispani quodam in servitius habebant, eosque aere emitos & varia opifica docuerant: sed quem heri ipsi aliquod laboris sui primum & fructum ex corum opera decerpere vellent, tum in libertatem restituti sunt.

QUOT D^IE venalitiae sua foro & mercatus exercere consueverunt. merces, ferre sunt esculenta & poculenta, qualia sal, pisces, fructus, cucurbitae, battatae, incocti cum ramis ficus indigena, & ex iis facta potio ita fciē & honeste mista, ut solus ejus conspectus nausciam mihi ciceret.

Præterea gossipio, penulis, interulis, criftis pennaceis aliisque ejusdemodi, commercia inter se agitant.

1. Der Begriff des Transfektors für uns ist formal ein Konsens, der sich aus dem allgemeinen Verständnis der Begriffe „Transfer“ und „Faktor“ ergibt. Einzelheiten darüber siehe oben S. 109-110.



INDICARUM GENTIUM

COLOR: VINUM ET FERRUM IN PRECIO

habent. Legendi & scribendi in nostris peritiam mirantur.
Hispanicum jugum excutere cupiunt.

C A P. XVII.

Quod ad colorem Indicarum gentium attinet, in universum ferè cre-
re aut buxeo, & fusco seu ravo, quam alteri propior est: omniumq;
quoscumq; in amplissimis illis provinciæ videre mihi licuit, pulcherrimi
lunt Iancensis sinus accolæ & Valentiolaæ provinciæ indigenæ: ii nempe qui
in mediterraneis opaca montium incolunt. Cujus rei causam eam esse arbitror,
quod ea loca minus foliis vapore torrentur quam plana: siquidem maritimæ oræ
accolæ subfuscæ, & velut carnis sole flagrantibus, colore sunt.

CETERUM omnium rerum, quas Hispani in Indianam transfluerunt, nulla
Indis gravior acceptiori extitit quam vinū: & quamquam ipsi è Maizio atq; aliis
rebus factitia vina & potus moliantur, ut supra diximus, vulgo tamen dicunt non
ita iis, que ipsi faciunt, villis ali vires vigoremq; animi, recreari spiritus, ventrem
excalcheri, nec somnos ita dulces suavesque conciliari, ut illo Castellæ. Ferrum
præterea ad ipsos inlatum carum habuerunt: quum nihil ferè olim fabricarentur
præter æreas lectures, & culicellois è silice. Sed super omnia, noster legendi & scri-
bendi usus, Indis miraculo fuit. Itaq; quum Hispani literas Indis ad aliquem per-
ferendas dabant, nusquam cogitando alseque poterant, qua ratione charta alba
nigro distincta eloqui posset.

CETERUM omnium gentium ac provinciatum, in quas Hispani subactas
hodie imperium obtinent, frequentissime & hominum multitudine abundan-
tissimæ hæ sunt, Nova Hispania, & ab ea Jucatam, Guattimala, Nicaragua, & non
nulli Peruani regni tractus.

PO R O quum novum illum orbem quatuordecim annorum spatio, ut su-
prà dixi, perlustraverim, ac legerim historias, quas Hispani de rebus a se in illis re-
gionibus gestis & suis advertitis Indos viatoris scriperunt: plerisque in rebus il-
los landibus suis enarrandis modū egressos fuisse exploratum ac compertum ha-
beo. Atque in eo maximè, quum jactant se summa laude esse dignos, quod omnes
a se subjectos in India populos converterint, & Christianos fecerint. quod quum
dicunt, illos nempe populos à se factos esse Christianos, perinde esse videtur, ac si
quis exempli gratia dicat, Panem à pistore bene esse coctum. Attramen cum Chri-
sti

sti Domini nostri & Servatoris doctrinam attentè considero: equidem competitio plurimum interesse inter nudum nomen & rem ipsam: id est, Christianum tantum nomen gerere, & Christianum re ipsa esse, latè inter se differre.

Peruvia M.
Gloria pro
Civitatis
et illis Dei
aggravatione
mox.

Quo magis id credamus, vel Barbaros ipsos ea de re sententiam ferentes audire opere precium est. Nam in Peruano Regno alisque multis locis, quantumvis Hispani passim vulgariter se Christianos esse, Dei ipsius & parentis celestis filios: tamen ob intoleranda sevitia exempla, quæ aduersus Indos ediderunt, nulla ratione umquam effici aut extorquenti potuit, ut id nomen Hispanis tribuere & agnoscere vellent. Ea nimur gens multo acriore ac soletiore iudicio, quam quilibet aliae Hispanis subjecta dotata est.

Mexicani quidem & finitimi alii populi, ex quo Hispani primùm in eas terras transgressi Christianos se esse dixerunt, eos quoque & ipsi semper ex eo hoc nomine nuncuparunt. Id vero ut faterentur & dicerent, numquam adduci potuerunt Peruviani, sicut ante dictum, & suo loco fusi exponentur.

post Hispani
etiam per
Civitatis
et illis Dei
aggravatione
mox.

Quare, quum extra controvèrsiam sit, quamlibet nationem peregrinat gentis imperio subjectam, si semet in libertatem vindicare possit, id vero cupidissime & sine ulla dubitatione faciunt: ita Indi haud dubie, Mexicani præfertim, assidue dissimulantes excubant, sedulò semper aspectantes, an solitæ naves Hispania veniant.

Ac si quid casu Hispanis infortunii accideret, sicuti fieri potest (quippe Imperia omnia quantumvis magna & potentia, omnes gentes, populi, civitates & regna, humanorum casum varietati atque inconstantie, quam vulgo Fortunam vocat, obnoxia esse in perspicuo est) si clades, inquam, aliqua memorabilis Hispaniam affligeret, nec naves committere in Indianam possent, ut solent: universa quam latè patet India, jugo excuslo, rebellaret, atque omnibus Hispanis mactatis solenne agitaret, repulunt: atque ut à quibusdam monachis acceperit, illi ipsi Fratres primi omnium funebre istud convivium suo sanguine imbuerent, quod perveras indigenatum moribus perpetuò adverserentur.

In verum esse unius rei exemplo probasse sufficit. Anno MDLIII. quum Guattimalæ essent, eo ipso tempore, quo Galli cum Hispanis bellum gerebant: nec ob metum piratarum, per omnem eam oram spatio quatuordecim mensium appulisse sunt naves, præter phæflos duos (Galones vulgo vocant) Alvari Bazzani, quoruin alter ad Nomen-Dei, alter ad Villam-ticcam, Nova Hispanis portum, applicuerat: jam Hispanorum animos vehementer formido incesserat, ne Indi ad res novandas spectarent, quod jam ex Mauris audivissent Gallos cum Hispanis bellum gerere, multaque jam illis damna intulisse.

post Galli-
ram et illis Dei
etiam per
Civitatis
et illis Dei
aggravatione
mox.

Ipse quidem per eosdem hosce dies, quum in eo loco, quem Almolongam vocant, mulo infra Guattimalam, ubi quondam sita erat vetus Guattimala, cum quibusdam Indis colloqueretur: sciscitari ex me unus cœpit, An Galli haberent e- quos, & ea, quæ faciunt Tau, Tau, quum vellet querere, an Gallis essent bombardæ, nec posset.

Tum ego excipiens, Habent vero, inquam. Ibi ille spiritum ex iino peccatore petitum ducere: & Deo notum est, quid tum haberet in votis. Certè, tametsi monachorum assiduis vocibus illorum aures circumsonent, monentium nequid no- varcat mouere aggrediantur, quia videlicet Cæsar è Castella innumeram vim Christia-

Christianorum aduersus ipsos emissuris esset, à quibus multò inclemterius, quām antea unquam haberentur: attamen ne his quidem toties iteratis & inculcatis minis impedianter, si idonea & opportuna occasio sece obtulerit, quo minus omnes Hispanos e suis finibus, si modo possint, exterminent.

1. IN D 15 principio persuasus erat, epistolas, quas Hispani mutuò ad amicos mitterent, animatas esse & loqui. Cuius rei lepidam historiam narrat Gomara.

Mattebat Hispanus quidam ad amicum duodecim Hatas (id est, cuniculos Indie Occidentalis peculiares) asfos, ne eis corrumperentur. Indum, qui describat, quum vel obdormisset siccus de via, vel interquiesceret, diutius morantem in itinere fames corrripit: tres Hatas absunt. Revertitur, literas ab amico illo ad herum referens, quibus ille de novem Hatis ad semissis gratias amico agebat. Hispanus perleclū literis irascitus seruo: ille duodecim reddidisse affirmat. Sed quum epistola indecis proderetur, rubore persus verum aperit, & suos ea de re populares commotus facit, ut sibi a felis & charta quicquem loquacibus caverent.

Nec dispar est, quod de Brasiliensibus scribit Leri: Quum primò (inquit) in eas terras venissent, verba & sententias aliquas, ut sermones eorum affuererent, scriberent, etaque max coram ipsis legebant. Illi prestigias id esse rati, nivicem his verbis alii alios alloquebantur: Non mirum istum, qui hinc ne unum quidem verbum idiomatis nostris callebat, nunc & ope huius charta, que illum nostram eloqua daceat, ita perire ea sonare, ut à nobis intelligantur? Navigat. Brasil. cap. 16.

Ceterum apud aliquos Indorum Occidentalium populos literarum usum esse, allati inde libri prædiderat. Jurisperitus quadam Corales, Darrenensis praetor urbanus, ad Regem Catholicum scribens, pater alia resulit, Ad se adductum Indum quendam, qui ab hebreo fugerat ex interioribus Continetis terris versus occidentem. Is legentem aliquando literas Praetorem confiscatus, mirabundus accurrit, ut videret: dicitq; Patronum suum & populares etiam libros habere, sed è felis arborum simul confusis compactos, cuiusmodi à Cortesio è Collinacana in Hispaniam missi sunt. Petr. Mart. Mediol.

Ocean. dec. 3. lib. 10.

INDI





INDI CHRISTIANORUM

JUDICES. SACERDOTES ET MONACHI IN

India Occidentali avaritiae dediti. Indi Hispanorum consuetudine
deteriores fiunt, & Christianam Religionem
judibrio habent.

CAP. XIX.

INIUM ejus gentis rerum, quas maximè in India laboravi, ut scirem, id in primis intelligere conatus sum, quid nimurum de Fide nostra sis sentiant. Itaque quæcumque ea de re rum ex publicis Monachorum & Sacerdotum quorundam sermonibus didici, num ex iis, quæ ipse vidi & ab ipsi simet Indis audivi, ea nunc exponere operæ precium duco: ut Lectores inde sibi subficiant, quantum mala nostra opera exemplique scandalorum apud illos pariant. Prudentes verò ac sobrios Lectores ante omnia rogo, ut æquum huc & attentum animum affrant, sciéntque se verè aucta dicta sententiasque in primis memorabiles summaq; admiratione dignas hic audituros.

INDO RUM plerique ac potissimum Regulorum & principum filii, qui legere & scribere didicerunt, atque adeò Praecepta ipsa Dei, i, quæ bona cœle fatentur, idcirco plurimum mirantur, nos ipso, à quibus hæc habent, ea non observare, & vulgo ita loquuntur: *H*esus tu Christiane, *V*erat Deus, ne quis per nomen suum in vanum juret: *a* tu omni & quidem levissima de causa, assidue juras & perjeras. *J*ubet Deus, ne falsum testimonium dicamus: *v*os verò Christiani nihil ferè aliud facitis, & alii aliis detrahitis & maledicatis. *J*ubet Deus, ut proximum tuum tanquam te ipsum diligas: *c*íque sua debita remittas, ut tua tibi meti ipsi condonari vis: *v*os verò planè contra facitis. nam & à yobis malè tractantur, qui minus opibus valent, & si quis quid debeat vobis, vos eum in vincula trahendum & coniiciendum curatis: ac quanquam facultatibus careat, tamen ut persolvat, urgetis, & rigidè as vestrum exigitis. Si inter vos sit pauper aliquis Christianus, ne de vestris facultatibus illi erogetis, remittitis eum ad casas nostras, ut ei eleemosynam largiamur.

SUNT præterea etiam Indi, qui immodicam avaritiam nostram & furiosam cupiditatem pertæsi, aureum numisma aut bracteam in manus capiant & dicant: *E*s Deum Christianorum: propter hoc è Castella in terras nostras venere: propter hoc nos subegerunt, vexarunt, pro mancipiis vendiderunt, & multa alia in nos nefanda ediderunt: propter hoc bella & prælia inter se agitant, & alii alios mutuò

mutuò interimunt: propter hoc perpetuò inquieti, a lealudunt, blasphemant, di-
ris se devoteo, litigant, furantur, alii aliorum uxores rapiunt. denique hujus gra-
tia nullum sceleris aut libidinis genus prætermittunt.

Ips e Sacerdotem cognovi, Guatimalenſi Episcopo in primis acceptum,
qui per illos India pagos venale vinum circumferens (quarquam id Præfidum
& Gubernatorum editis prohibitum esset) breviore quam lex mensium ſpatio
viginti quinque millia Regalium lucratus esset. Sunt præterea monachi, qui pa-
lam & interdu ea flagitia committunt, quæ alios vel noctu perpetrare puduerit.
De vitiosis, non de probis hic loquitur: quamquam etiam Franciscanus quidam
publice clamaret, nec Sacerdotem, nec Monachum, neque Episcopum in terra India
ullum existere viri boni nomine dignum. Quippe omnes ſe dedere avaritia,
aque ubi Indos divitias abundare intellegent, eo omnes confluere certatum. ubi
vero inopeſſent, ea loca omnes fugere. Monachus ille, quem San-Petri eſſet, Ca-
pititis Fondurensis urbe, proximum navium trajectum exſpectans, ut in Hispaniam
transmitteret: propter haec verba, Superioris ſui mandato, captus & Guat-
imalam abductus eſſet. Iple quoque Sacerdotes inter ſe confabulantes & profiten-
tes audivisse me memini, Sed ad quæſtum faciendum, non aliam ob causam ex
Hispania in Indianam trajecisse.

Nunc quod ex Monacho quodam, quum Comajague eſſem, auditum ha-
beo, referam. Is mihi retulit cognitum à ſe Indum Reguli cuiusdam filium, acutif-
fimi ingenii hominem, qui quum adolescens in ludum itarer, ab ipſi legere ac ſcribe-
redifceret, nemo erat, qui non exſtimaret eum ita virtute ac doctrina præstantem
inde evalurum, ut ceteris vita exemplo præiret. Sed ut trigesimum ætatis annum
attigit, contra quām omnes exſpectarent, inde impurus, nequam & sceleratus re-
diit. Interrogatus, cur è bono improbus evafleſſet: Ex quo (inquit) Christianus ſum
factus, per Dei nomen jurate, & per Crucem & per verba sancti Euahelii: ac per
Dei vitam blasphemare didici: eumq; abnega, nec credo. Aleari præterea didici,
& verum nunquam eloqui: enſem insuper mihi comparavi ad ciendas ritas: de-
nique, ut plane ritu Christianorum vivam, nihil jam mihi præter concubinam
deſt, quam brevi me domum duceturum ſpero.

Quod mihi ipſi uenit, cōmemorabo. Reprehenderam forte Indum ale-
& blasphemis deditum. Ille mihi confeſſit: Nos, inquit, ex vobis ipſis haec ex-
empla didicimus. Ac certè qui ita flagitiis vivunt Indi, ex iis ferè ſunt, qui apud
nonnullos Hispanos educati, quibus nullum ſtudium eſt, præterquam a lea lude-
re, blasphemare, & ejusmodi alia facere, domeſtica conuentudine corum mori-
bus facilimè afflueverunt. Atque haec fere ſunt miracula & prodigia, quæ Hispani
apud Indos edidere.

M u l t i præterea Indi alii reperiuntur, quos si interroges, An Christiani ſint?
Respondent, ſe eſſe: quippe Episcopum ſignaculo Crucis eorum faciem ſignalſe,
& benedictionem ſuam ipſis impertivisſe: le templum ædificaffe, atque intus Bea-
tæ Mariæ imaginem collocaffe, poltremo campanam comparaffe. Forte aliquan-
do ipſe quum ab Indo ſciscitus eſſem, An Christianus eſſet: tum ille: Num tu vis a
me, inquit, per decem aut duodecim annos ſervum eſſe Episcopi, & curare ſuam a
mulam?

A t t i eadem de re interrogati dicunt, Sibi quater aut quinquies caput aqua a
i 2 Sacer-

Sacerdote conspersum. Igitur tales, simul ut Sacerdotem aliquem aut Monachum venientem conspicunt, tum confestim obviam accurrentes, Pater, inquiunt, irrorate mihi caput aqua, quia volo esse Christianus, etiam si jam alii baptizatus fuerit. Ita initio ab uno facto, cetera plebs, quo pergar ignorata, univita concutit. Id fieri usulvenit iis locis, ubi Indi pauci & pauperes sunt, & inter quos nulli nec Sacerdotes nec Fratres resident. Ceterum inter monachos nonnulli etiam repertissimi, qui istos baptizare nollent, quum dicerent, Perinde esse Indum baptizare, ut brutum aliquod animal. Alii Castella in Indiam transgressi, ibique moribus & exemplis tum Hispanorum tum Indorum inspectis, utrosque pariter miserantes, retro in Hispaniam ad sua cœnobia reverti sunt.

Q uod facile inter omnes constat, omnium propè Indorum Occidentalem maximè ab humilitate alieni sunt Brasilienses barbari. *Q*ue tamen sit eorum de Deo natio, que landum & praecipuum 'Dei admiratio, ex Lero nostro cognoscere opera precium est. *I*llo ergo de Tropomambalas America gente agens, ita scribit: *I*ntra cetera (inquit) dicebamus illis nos credere in unum Deum crearem celi & terra, que, ut orbem & quacunque in eo sunt, condidit, ita omnia pro arbitrio gubernat. *I*lb, ubi hec audierant, aliis intuentes, & in hanc riusem (que admirationis nota ipsius familiaris est) erumpentes, *T*he, defixi & stupesci barebant. Et paulo post: *Q*uum forte aliquando, inquit, cum aliis Galli aliquot in quadam barbarorum pagoeſem, (*O*carentin ipsi appellant) & in aperio & prospatulo canaremus: confluente Barbari quis vici incole, maiores natu presertim, cum multis benevolentie signis, circumfusi, neque vel minus verbo dicentes interfici, nos attente & tacite intuebantur, donec peracto corusca, magna natu quidam, quara observasset nos ab hymno cibum anſipatos, hymno quoque cœnam clausisse, accedent, ita inſit: *Q*uid ſilu culte hic ritus, quo rias modi nbi eſtis, quā ſublatū pilea omnis, præter unum, qui loqueretur, silentium tenuifis? *A*d quem pertinet ea oratio, quam ille habebit? *V*oxrumne preſentium ad aliquem: *an ad absentium?* *I*lb ergo opportune oblatam eam occaſionem arripiens, ut apud eos de verbo Dei cultu loqueretur: *quām præter eius pagi amplitudinem & frequentiam, Barbaros etiam ſolito attentiores animadvertem: rogarē interprētem nostrum, ut ſuis verbis meum illi ſermōrem, quoad capere ipſi poſſent, expli- carēt.* *T*unc à quæſitoribus exorsus, Preces noſtræ ad Deum dirigit reſpondit: euangelicæ, et ſi ſub ipſius conſpectu non caderet, non tantum liquidè audiuiſſe nos, ſed etiam quicquid peccatore re- cultum habueremus, id perſpicue cognoscere. *I*nde ad creationem mundi delapsi, ſprimis labora- ri, ſi docrem, horumq[ue] nobilissimum inter creaturas a Deo effe conditum, ut eō magis cele- brande opificis ſu glorie ſludent. *A*c nos quidem, quodipſum coleremus, ejus manu infinitū peri- culia longiflum & navigatioris in tam vasto mari eripi: ejusdemque ope frēs, ab omni proſua Aiguan metu (*Demonem* ita appellant, à quo ſubinde vexantur) tum in hac tum in ventura vita effe liberos. *Quare si Caraibum ſuorum impoſturas, & barbarum mandende humanae carnis morem, abiecere vellent, eadem prorsus Dei dona conſequunturos, que noi babere cerne- rent.* *M*ulta preterea de humani generis labo ac ruina, ut eorum animos ad Chriſtum prepara- mus ſubjecemus: quia ad ejus ſuipotuit accommodari ad eorum captiuitatibus & exem- plis, quae in preſens ſuſius exſequi ſuperſedco. *I*lb cum nos agenti cum admiratione duas amplius horas perattente auſcultauſſent: tum unius ex eius autoritate & aetate gravis, in hunc modum diſ- ſertit: *M*ixta equidem, optima & nobis non ante audita, hic dixiſſis. *A*c reſtricta quidem oratio multa in memoriam redigit, que nobis ſeptem aetos noſtrorum narrantes audiuitur: nempe jam inde à prijsis temporibus & tam multa abhinc Lunis, quod jam meminiffe non poſſamus (quippe

illi Lumenum cunctis aut ruribus, non mensibus atque annis, temporum statua definiuntur) re-
misse in has terras quendam Majus (id est, Gallum, sive qualibet alia e gente adveniam) vestro
more rursum et barbatum. Atque cum, ut ipsi sub Dies et festi obsequium duceret, et de ea
oratione apud eos esse nissum, qua nos hodie affamari. Sed ut nobis quoque a Patribus per manu
traditum est, eas illas turris fiducia adhibere noluisse. Itaque mox successisse alium, qui Ense,
symbolum maleficorum, illis tradideret. Inde sequuntur nos bellis, neque ex eo mortuus credubus
ali in alias se voleat defastinas. Nunc vero postquam dicitur haec ista afficeruntur, si annis repen
te annis invicem exirentur, apud cunctas gentes ludibria et derisa efficiuntur.

Hic nos summa contentio ac reverentia testari, tantum abesse ut finitimum ludi
bris mortis eos oportet, ut contra, si summa illum caeli et terre opificem ferio colerent, de
omnibus qui ob id ultra molesti essent, et doloriam referrent. Postremo tam verbis efficaciam ad
didit Dominus, ut non nulli sarcum Barbarorum, ad eam quam ex nobis didicissent legem de
inceps contumam composuerit, nec casuarum hostium carnes ultra estros se promitterent: sed secun
dum hoc Colloquium, postitis bumi genibus, nobiscum Deo gratias agerent. Ea oratio que ab uno
est nostris clara vocem eorum certa ad Deum concepta fuerat, max illis per interpretem ex
posita est: nos ab illis in penititia eambyce calubia, dormitum deducimur. Sed nondum nos fa
minis corripuerat, quam ecce ipsis cantantes et conclemantes andamus, sumendum de hostibus
ultionem, et plures quam antea esse maledicos. En inconstantia miseri huius populi, et huma
na natura triste exemplar. Multa tamen equidem persuaderet, si Vlagazzo non quam a vera Reli
gione descriveret, et nos dantius in illis terris morati essemus, fore, ut aliqui tandem Christo lucri
ficienter. Hactenus ille. Unde perspicue apparet, semen aliquod Religionis inesse illis gentibus, sed
eas a Principiis illis naturalibus ad absurdissima commenta et fados mores partim

injusta et vanitate, partim malum Christianorum exemplis,
facilius deficere.

I. 3 INDO.





INDORUM PERTINAX
IDOLOLATRIA. DIDACI LOPEZ EPISTOLA,
Ecclesiasticorum & Juridicorum Hispanorum in India
Occidentali mores ac virtus graphicè
* depingens.

C A P. X X.

Quoniam Guatimalæ esset, ac sepe in S. Francisci monasterium commeare, amicitiam cum quodam Monacho contraxi (Franciscus Betanzus) is vocabatur, experiens homo, & multo omnium earum provinciarum usu, tum Guatimalæ tum Novæ Hispanæ, peritissimus, qui etiam duo Indica idiomata apprimè calleret & loqueretur. Quum ab eo aliquando suam ea de gente opinionem percontaret, præsertim in iis, quæ ad vitam nostram spectarent: mihi respondit, Eorum fere tum natu grandes, veteri sua idolatria pertinacissimè esse affixos, tum maximè Sacerdotes: ac se penumero se suosque collegas supervenient illis viçtimas & sacrificia diis suis facientibus. Itaque necessario eorum filios, ut tempori spatio religionem nostram imbiberent, a parentibus atque avis suis segregandos esse, & ab eorum consuetudine quam diutissimè removendos: ne illos postquam ex ephebis exceperint, præposteri moribus suis imbiuant. Postremò addidit, eos quoq; qui baptizati essent, nihil fere habere Christiani præter nudum nomen.

Exinde quum inter commentandum (ut sit in penitiores de specialibus rebus sermones paulatim delapsi essemus, & ex eo multa tum de motibus Hispanorum, tum de earum provinciarum regimine percontares: atque ille me in rebus Indicis investigandis curiosum animadverteret: epistole cuiusdam exemplar, legendum mihi tradidit. Eam Baccalaureus quidem ipsius familiaris, Didacus Lopez de Zunega, ad Episcopum, Praefideum & assellores Guatimalae conscripsit, datus nimurum ab ipsis coetibus & male habitus, quod eorum virtus & flagitosos mores verbis liberius perstrinxisset. Quin vero eam apertam misifilet, defcripserat autographo Monachus, à quo & exemplum infra scriptum delupsi. Eius autem sententia haec erat: Ex quo me fortuna per orbem terrarum agitate ccepit, Regna aliquot & provincias peragrande emens sum, & nusquam non novi aliquid & inusitati conspexi. Verum ex quo fors mea permisit, ut in has Indiae regiones, quae Aurea appellantur, & virtutis omnis expertes sunt, trajicerem: tot tantique nequitiae exempla vidi, ut neque eis enarrandis lingua mea, nec cogitatio-

ne complectendis animus meus, par esse possit. In iis ferè pessimum hoc animad-
ti, quod inter vos nulla justitia, nulla virtus, nulla bonitas, nulla castitas superest: quin omne xvum vestrum studiis partium, simultibus, perfidia, vanitate, rapi-
nis, diffidis, invidentia, odis, aleis, iustis, blasphemis, intestinis bellis, luxu, avari-
tia alii: que pessimi libidinibus, misere consumitis. denique qui vestrum optimus
habetur, quanto se is ex eteris prestatre putat, tanto est omnium deterius.

Summa quidem cura notavi ac comprei maximam partem vestrum, quo cunque
in Indiani venisti, tales esse, ut non dico cœlum atque Angeli, sed terra & Dæmo-
nes: ipsi vos exoscos invitoisque habeant. Ac pro certo habete, quemadmodum tyrra-
nica multa facta per vim perpetratis, ita Christum permisurum, ut servi o-
mnia per jus evadatis.

E Ju's rei exempla & clara documenta si quæritis, historias Græcas Latinasq; evolvite, Roman caput & decus orbis considerate, Athenas & Spartam, bona-
rum omnium legum ac morum lumina, intuemini, multasq; alias civitates & re-
gna, quorum vix hodie vestigium illum, acne memoria quidem ulla supereft. Si
taata civitates perierte, tot opibus & dotibusque florentes, ac tantorum Principum
menibus viribusque administratæ vobis scilicet talibus, velut eximis, Deus pe-
perecerit? An puratis Dei bonitatem ac patientiam passuram, ut per omne ævi
tempus tantis induit virtus, & tot sceleribus demersi permaneat? Nonne judicis
admodum obensis & obsecrati estis: Scilicet creditis Indos Christianos futuros,
si vos ipsi non estis, nisi forte nomine ac titulo tenus: Frustra id quidem. Nam
multo efficacior (mihi credite Domini mei) ad brutas illas gentes fuetit vel unius
diei honesta vita & bonum exemplum, quam continua integri anni lectiones &
doctrinæ. Quid enim refert odoriferas rosas ad plebem ore & lingua spargere, si
mox spinosis malorum operum aculeis illam pungitis & vexatis?

Barbari locis
expte pax
renomine
terris omegi
meritor.

NON nulli dicunt, quod Veftra Sanctitas Dñe Episcope, satis boni facit: sed
videte, ut bene etiam illud faciatis. quippe reperiuntur, qui, & quod alioqui bo-
num est, malè faciant: & Veftra Sanctitas ex eo grege est. Nam quos vestre debe-
batis, eos spoliatis: quod amarum est dulce, quod dulce est, amarum dicitis: men-
daces & falsos diligitis: eos, qui vera loquuntur, odio habetis. aspernamini bonos,
& turpes probrolosque honore afficitis: viciolis favetis, & veratis honestos. De-
nique de alieno valde libertales estis, de vestro vero parcissimi. Quid dicam amplius? Nempe hoc, vos multò ad remigandum intraremi aliqua, quam ad id mu-
nerendum aptiores esse: idq; affirmare ausim, Veftra Sanctitati plus esse: vi-
rium ad tractandum remum, quam virtutis ad gubernandum Episcopatum.

ALII dicunt, quod Veftra Dominatio multo honore decorata atque hone-
stata est. Sed memento Senecam dicere, Stultorum laudem à sapientibus haberi
pro argumento infamiz: quia quicquid stulti cogitant, vanum est: quicquid lo-
quuntur, falsum: quicquid damnant, laudabile: quicquid approbat, maleum: &
quicquid laudant, infame. deniq; quicquid agunt & moluntur, nihil nisi amen-
tia est. Sed laudari & honestari ab iis, qui ipsi honore digni sunt, is demum verus
honos est: summum vero & præcipuum decus, placere Jefu Christo.

C.E.TERUM accepi à nonnullis, patientiam, quam in tolerandis ærumnis
meis adhibui, Veftra Dominationi plurimum admirabilem fuisse: sed, ut inge-
nu dicam, Veftra admiratio mihi plurimum admirationi fuit. Nam rurum per-

„ peram gestarum p̄c̄nitentia & dolor ē sapientia oritur: sed bene & honeste factō
 „ rum inmodica admiratio, non aliunde manat, quām ab exiguo iudicio & mino-
 „ re usu. Quippe vos id fugit, Nos cum Christo crucifigi oportere, quantum ad
 „ hunc mundum attinet, si velimus in futuro unā cum eo aeternā gloriā perfrui. Vos
 „ ignoratis luculentam illam Pauli Apostoli sententiam in posteriore ad Timo-
 „ theum ep̄t̄ola, Omnes, qui piē vivere volunt in Christo Jesu, in hoc seculo per-
 „ fequationem passuros. Nescitis, quod corpori damnum est, id anima ēst utile;
 „ nescitis regnum cœlorum non acquiri curru taurorum, non lusu arundinum, non
 „ area inclusorum nummum & auri copia, non servorum fodinas exercentium in-
 „ gentibus familiis (quales Vestra Dominatio multos adhuc habet) non doīs, non
 „ astu, non mendacis: verūm perseguitione, infirmitate, carcere, vinculis, pauper-
 „ tate, fame, siti, infamia, ingratia, exilio, tormentis, variisque atrumnis, quās affidū
 „ vitam mortaliū obſident & exercent, eō perveniri. Eas vero res, si Vestra Domi-
 „ natio ignorat, quod facile equidem credo, annumerare volmet potius bestis,
 „ quām hominibus poteris.

„ Multa præterea sunt, quā à me dici possent, tum de Vestra dominatione,
 „ tum de ipsis etiam Pr̄sidibus. Sed ejusmodi rerum tanta est copia, ut vercar, ne
 „ me de iis scribere aggreſsum tempus ipsum & charta deficerent. Quare verbum
 „ non amplius addam. Data Trugilli, 20 die Maii. Anno M D L I I.

Didacus Lopez de Zunegua.

CERA.





CERATUM, INTEGRUM
JUDICEM, HISPANORUM FLAGITIIS
obviam ire studentem, mors intercipit. Judicium

C. A. P. XXI.

Qui et primò i vi Guatimalam, ibi tum præses erat licentiatus Ceratus. Is ille erat Ceratus, qui in Dominicā editōrum Regium de libertate Indorum tulerat, ut superius diximus. Eum tune Cæsar amotū Insulare genda in provincia imposuerat: de quo verè hoc possum testificari, numquam in universa India eo meliorem nec sanctiorem fuisse Jndicem: nec qui iusta edita mandataque Regia rectius observaret, semper procurando, ne Indi à quoquam Hispano injuria ulla violarentur, aut haberentur dutiis.

I T A Q U E successor ei alter Mexico missus est, Doctor Chesada: qui duobus post mensibus, quam Guattimalam venerat, vita concessit. Quumque agrotantem Monachi aliquot consolarentur, dicendo, Domine Praesidens, esto bono & hilari animo, aliaque ejusmodi pro tempore subjecerent: ille excipiens, Ah qui fieri potest, inquit, ut is hilari animo sit, cui tot rerum ratio ipsi Deo reddenda est?

Hoc dictum memorabile, huic loco inferere operæ pretium visum est, ut inde sibi exemplum sumant Judices & Magistratus; id est, ut perinde judicent de aliis, qualiter à Deo de se iudicium ferti volent: atque ita bene subductis sui meritis rationib[us] ex hac vita exeat, ut in futura aeternū non plangant.

I. INSIGNE Ludovici, cognomento Dryi, Gallie Regis exemplum in eam sententiam extat. Is cuius cum forte aliquando ex Psalmis Davidis preces ad Deum conciperet, intervenit aliquid, qui pro reo quodam capitalis criminis gratiam peteret. Rex, quasi aliud agens, annuit. Max. vero, quum incidisset in versiculum Psal. 105. ibi: Beati, qui colunt iustitiam in omni tempore: tum prout revocari posse erit, mihi gratianum concesserat, eamque irritam fecit: memorabilis edita sententia, Principem, qui punire potest crimen, nec puniri, non mutus co-

ram Deorum esse, quam si id ipse perpetratasset. Pictarum esse opus non servitie, iustitiae sacre.

l. ju
nam Gal-
dinarunt.

tutus effer:

ce bunc ho-

ta quid fa-

cternum manu-

dares. Num te

in deo ventum

q. Arqu-

ez. usus

w.

m.

p.

i.

s.

r.

l.

u.

v.

x.

y.

z.

potior est.

F I N I S.



UVIA.BHSC

UVIA.BHSC